




MANUSCRIPTUM  
RARISSIMUM  
EX ARCHIVO  
CAESAREO  
TRAGENSE










Digitized by the Internet Archive  
in 2009 with funding from  
Research Library, The Getty Research Institute



*Cantabunt Virgines canticum, quod nemo intelliget nisi cui datum est aperire librum hunc et frangere sigillum eius.*





2  
Iesus, Maria, Joseph, Sanctus  
Antonius,

De Arte divina & sacra, sine Aenig,  
mate tradita & del. praxin conscripta.

---

Aperi hunc librum: veritate germana Sincerrum; & amicis  
illum oculis perlege, invenies enim in illo repositum gran-  
dem thesaurum, eumque praestantissimum, utpote descen-  
dentem a Deo, & a Carolo V. multo tempore ingentibus &  
plane imperatoriis sumptibus & impensis quaesitum, tan-  
dem ex gratia Divina ab uno fratre Roscae Crucis  
mirabiliter acquisitum, quem summis impensis, & non  
cum parva jactura militum e faucibus Tyranni tibi-  
ravit: Et non est auditum ab ullo, ut illum absolverit  
tam facile, & tam sincerissime communicaverit, sicut iste  
magister, & sic gloriosissimus imperator ex instructi-  
one sui sic vidit, & fecit diligentissime, curavitque sua  
heredibus Coronae conscribi: Quomodo autem hoc  
Divinum secretum naturae in manus meas eleve-  
nerit, non est mihi licitum proptalare; sufficiat hoc,  
quod fuerit summum secretum & maximus thesaurus  
invictissimi Caroli V. & vere quisquis es, qui hunc  
thesaurum invenisti, potes cum summa admiratione  
obstupendum naturae secretum exclamare: O Natu-  
ra supra naturam alius omnino naturis superior!  
O Natura supra te ipsam elevata! alius vero natu-  
rae longe superans! O Natura, quae omnia procreas  
ea tenet ipsa, perseverans similis sibi, unaque ad perfecti-  
onem advenis! O Unitas multiplicata, & discrepantia  
in unitatem redacta! O Ecclesiam semper Naturam, & nun-

quam miranda, quae tuae rei cuncta conservas! O mater,  
alis materiam omnem in se comprehendens materiam! O Na-  
tura, quae naturam ipsam imitando oblectas! O Caelestis  
natura, spirituales substantiam, tanquam splendorem  
effundens! O incorporeum corpus, res corporeas ad sta-  
tum incorporeum redigens! O Lunae vis matrix, per quam  
rerum omnis ordo lucet! O generalissima species, & spe-  
ciosissimum genus! O Natura veri, supra naturam, na-  
turarum omnium victrix! Qualis igitur natura?  
Dic aliquis mihi, nimirum natura ex se ipsa natu-  
raliter extracta, cuius quidem divinitas est dissimilis  
ignis, veracitas tamen & vigor instar ignis ferrebit.  
Est quoque Solea seu unica species, nominibus diversif-  
simis apta, & nihilo minus unicum nomen plurima-  
rum specierum multitudinem continens: est natura  
exercitata, & rerum omnium explicatissima facies, ex  
variis coloribus florentissima: Iris, quae omnia ex ar-  
cano suo recessu producit in lucem. O natura semper  
similis sibi, & indolem suam ex nulla alia repraesentans!  
O Essentiae similitudine gaudens, & essentiae sibi  
simillimae Genitrix! O Mare Oceanique immensi profun-  
ditas multicolores rerum conditarum margaratas evapo-  
rans! O Creaturarum complexio in Elementorum qua-  
tore amplissimo campo, mirabili venustate spectabilis!  
O Epigraphe seu superscriptio Trinitatis contentae, & univer-  
salis rerum omnium nexus! O Magnesia corpus, seu ro-  
bur ad se, quicquid arcantum est, trahens! O Uranicae  
seu caelestis plane virtutis aurifluae Liqueor! O Argenti  
ardens spiritus, quem mare nobis emittit! O Substantia Arg-  
entiviva, sive argenti Tracii togam induta, & aurei sacri-  
lotum adportans! O Mentium sapientissimarum exerci-  
tatio pulchra! O divinissimorum hominum omnipotens  
Sapientia! O illis, qui non sunt initiati mysteriis, includa-  
bile pelagus! O inaniter gloriantium imperitia praeju-  
dicata! O Superborum mortalium aethus coarcescens in fu-  
mum! O piis hominibus inabscondite Splendor! Et virtute

praedictorum contemplationum sane spectaculum! O flos  
siave fragrans! Cultorum Philosophiae practicae proprius!  
O perfectissima speciei unicae Compositio! O singularis  
sapientiae opus pulchritudinem animis afferens dignissi-  
mam! O omnium offulgescens ex una Substantia lumen!  
O Luna<sup>m</sup> quae matuam accipit lucem e lumine Solis!  
O una eademque Natura, nec altera ablectans & oblec-  
tata, continens atque contenta, conservans & conservata,  
quid jam nobis cum multitudine materiae cum uni-  
ca materialis substantia, unicaque natura omnia vi-  
sua deunicat? —

Augustissime Caesar, ego sincerissime manifesto tibi  
omnem veritatem sine omitendo aliquid de composi-  
tione magni Lapidis, qui lapis comutat omnia metal-  
la imperfecta, & perficit omne, quod in isto metallo per-  
ficiendum, & transmutat omnia in aurum 24 Carato-  
rum, quando metallum illud, quod mutare vis, liquefactum  
est, & dein injectum est, ipso fermento, id convertit in op-  
timum aurum, quod in mundo est, adeo ut illud idem au-  
rum in se contineat 24 Caratos, & transibit per omnes  
probas, quaecumque institui possunt, melius, quam quod ex  
terra extrahitur, sicut à me vidisti, ipse met fecisti &  
comprobasti. Siquidem autem Mercurius Noster est  
fons & origo omnium metallorum, quae & in veritate  
est, sic incipiam statim hoc summum Arcanum natu-  
rae de praeparatione § ij. —

## Capitulum I<sup>um</sup>

### De praeparatione Mercurii nostri.

Accipe Mercurii medicam Libram, vel quantum vis, & con-  
teras in pelvi testacea, cum sale purgato, sicut postea inven-  
es de illo scriptum, & hoc teras cum aceto forti, & hoc acetum

effundendo, & aliud affundendo tam diu continues, donec exeat  
ex Mercurio acetum purum, postea effundas super illum  
aquam calidam, ut ex Mercurio totum salem extrahat, &  
semper misceas illum manibus, ut ad cumulum currat, & ex,  
siccus ex illo aquam mundam Trophio, & postea accipias core,  
um funiculo ligando omnibus viribus, & hoc fac ter, postea ca,  
pimas illum per telam etiam ter, & postea ponas super  
scatellam mundam telam, & permittas eum sic jacere be,  
ne tegendo, ut nulla humiditas eum possit audere. —

Accipe deinde Vitrioli unam & medianam Libram, & accipe sa,  
lis purgati tres Libras, & Mercurii unam Libram, & hoc to,  
tum comisceas simul, & infundas ad pelvim testaceam, &  
teras usque ad medium diem, & caveas auram, postea con,  
terendo haec bene infundas ad vitrum, & ponas super furnell,  
lum ipsi praeparatum, & fac ignem non magnum, & memineris,  
ut vitrum stet in munda arenâ, posita in pelvi testacea, &  
permittas vitrum apertum, ut humiditas foras exeat, & sic vi,  
trum debet esse calidum, sicut ovum assum, & scias, quod hu,  
miditas vix transibit per diem & per noctem, & hoc tali modo  
experiaris, ponas cultrum supra foramen pitri, & permittas  
per moram jacere, quod si sit adhuc humiditas, tunc culter erit  
humidus, illo in loco, quod si exiverit tota humiditas, tunc erit  
siccus, permittas sic stare per horam aperto vitro, augendo  
ignem, & adhuc experiaris, postea ut denique humiditas exeat,  
dein claudas vitrum cum bono luto, ut nulla via vapor foras  
possit, da quoque ignem bene majorem, per diem & per noctem  
postea frigefiat vitrum, frangas illi collum, & videas, utrum  
jaceat in vitro pulvis, sicut nix, colligas illum munde, & si  
non erit pulvis, saltem conteras totum in pelvi testacea, &  
cribret & caveas auram; nam ibi debes terere, nisi est bene cal,  
factam, & statim infundas iterum ad vitrum, & imponas ad  
furnellum, sicut prius, & da ignem prius sensim, & relinuas  
vitrum apertum, casu quo adhuc humiditas in pulvere rema,  
neret, experiendo eundem cultro, sicut prius, & postea claudas vi,  
trum, & da ignem bene majorem per diem & noctem, postea

frige fiat vitrum, & aperias, & invenies in illo pulverem purum  
album, qui ecce tenet se in cūculo, colliges illum munde, & ser-  
va, & residuum iterum conteras, & fac, sicut prius, postea pon-  
deres, quod si habueris libram, tunc relinuas, quod si non  
venit, tota libra, non cures hoc. —

Postquam habebis hoc modo Mercurium, expurgatum, accipe postea  
Salis purgati tres libras, & istum Mercurium purgatum, conteras hoc  
totam simul, in munda pelvi testacea, semper esca veas curam, ut Mer-  
curius iterum non accipiat humiditatem, & infundas hoc ad vitrum,  
& imponas vitrum ad furnellum, in pelvi testacea & arenam, &  
fac ignem lentum, ut vitrum calefiat, & exeat humiditas bene,  
sicut scriptum est, & postquam fueris hoc die & duabus noctibus,  
extinguias & frige fiat, & postea fracto vitro ex ignis, illi pulverem,  
qui sit spargibilis, sicut perla, & cave, ne quis pulvis sit, sicut  
vitrum durum in cūculo, nam & tuum apus esset destructum, & hoc  
provenit ex vehementia ignis, & si adverteres, quod aliquid reman-  
derit in sale, infundas iterum ad vitrum, & sicut prius facias,  
serva illum munde, ut nulla humiditas eum accedat, nam iste  
est venerandus, et usque huc vocatur Sapientum Mercurius.

Notandum primo, Vitriolus sic praeparatur, accipe Vitrioli tres  
libras, & hoc conteras minute, & infundas ad pelvi testaceam  
& pone supra centos carbones, ut dissolvatur, & semper misceas  
eum ligneo scatello, ut non aduratur, & hoc tandiu facias, donec  
tota humiditas bene exsiccetur, tunc cessa, & contundas minute,  
& cribres, & hoc bene serua in sicco, ut nulla humiditas hoc  
accedat. —

Nota secundo, quando Sal sit praeparandus? Accipe Salis  
Suffulam, & postea accipiat ollam novam, & infundas ad il-  
lam mundam aquam, & eluas sordes ex aqua, & infundas il-  
lic Salem totum, & misceas, ut dissolvatur, postea fultres  
per telam densam, & quodcunque remanebit, hoc dissolvās  
in alia aqua, & facias, sicut prius, & quando habebis totum  
Salem dissolutum, & bene filtratum, ponas supra centos car-  
bones & tanas, ut ferreat bulliendo, & quando videbis, quod

agua ebullierit, & Sal in fundo subsideat, tunc exime cum spatula ad pelvium mundam tandiu, donec totum Salem eximas ex Tebe, te, postea ponas pelvium ad carbones sextos, misceas, & non permittas aduri, & hoc tandiu misceas, donec sal totus sit spargibilis, & nulla humiditas remaneat, & sic habebis totam a multis tam difficulter traditam praeparationem & purgationem Mercurii nostri, quam similem in Gebro & aliis sparsim invenies, apertam vero in Tumba & Meramidis nuper aperta & reserta. —

## Caput II clum.

### De Praeparatione nostri Sulphuris.

Hic incipit fieri nostrum Sulphur, & de hoc etiam non sciunt viri doctissimi multo minus Saphistae, qui operantur in Alchymia; nam est ita secretum, nisi a manu Domini vel manu amici simpliciter dirigatur, & sine illo nullus Philosophorum quidquam juste efficere potest, nam illud solum est, quod res omnes figit in Alchymia & in Terra, & quamquam omni metallo, maxime vero ipsi auro, ut plurimum insit, illud Sulphur, difficile tamen illud eximes ab illis, cum illorum metallorum Mercurio ab intrinseco per minima deunearum sit, accipe igitur eandem materiam, in quam Archaeus universi a centro suo, tanquam agens illud sulphur expulit, Mercurium vero, tibi, cum quo se conjungere possit, non invenit, nam nudum ibi est & facile eximendum. —

Accipe igitur in nomine Altissimi pyrites striatos; ausim tibi dicere apud omnes Philosophos pyrites striati sunt ipsorum marcasita auri, & hic seducuntur multi putantes se debere accipere mineram ipsius auri; & abluas illos munde in aqua, & siccos, & ponas illos ad ligilla auri fabricorum

ad duo, vel ad tria, & teras quacunque re, & ponas supra car,  
bones vehementes & permittas stare per mediam diem, postea  
accipias Urinam a puero sano, & infundas ad mortarium ad me,  
dium, & infundas illic omnes pyrites, ut ibi molescant, & accipi,  
endo pistillum fundas in mortario sic in urina, & quando illos  
bene contundes, eluas illos & effundas illam Urinam; postea  
accipe lapidem porphyridem & currentem, & teras in illo istos  
pyrites sensim, quamvis tritionem tandiu teras cum urina,  
donec videris, quod dissolutum sit ut qac, effundas hoc ad tripodem  
& teras aliud, & sic teras usque ad finem totam hanc rem, si me,  
lius triveris & majus ludrum accipies, propterea non sis tardiosus  
in terendo, nam quando accipies 40 Partes, vix tibi ex illis venient  
4 partes, quae valebunt, post hanc tritionem affundas Urinae ad  
hoc plenum tripodem, & coquas hoc bene cum ligno miscendo,  
& hoc aliquamdiu coquendo, effundas deorsum impuritates, &  
ibunt sordes valde deorsum cum Urina, non cures hoc, infundas  
aliam Urinam, & coquas, & postea iterum effundas, & hoc facis tan  
diu coquendo, effundendo, donec videris, quod istius rei nihil deorsu  
sum eat cum Urina, & urinam puram effundas, & pyritum ut  
purum remaneat, sic censes, et infundas super illos aquam te,  
pidam, & eluas illos munde cum aqua, postea effundas aquam  
deorsum, et hoc cum tripode super ponas centis carbonibus, & ex  
sices valde munde, ut in illis nulla humiditas remaneat, & ser  
va, & sic habebis Sulphur nostrum, Physicum Sapientum, quod  
est omnium spirituum Sera. ~

## Capitulum III

### De Preparatione. O. pro nostri operis Compositione.

Accipe Vitriolum exsiccatum, sicut supra scribitur, tres libras,

& tantundem salis nitri, & ad hoc armonizet & tribram, & hoc totum  
comisceas simul, & conteras hoc bene, & infundas ad vitrum, quod  
videatur cucurbita, & ponas supra illud alembicum & subponas  
recipientem, ut ad illum fluat, & oblinias bene, ut nulla via va-  
porum foras possit, & ponas ad furnellum, & fac ignem lentum  
& quando videbis, quod aqua fluat, auge ignem, & sic destil-  
letur, donec videas, quod plus non velit destillari. Ita postea  
ignem bene vehementem, donec videas, quod spiritus eant, ac  
sic relinquant stare tandem, donec videaris, quod alembicus inal-  
bescat, tunc cesses, & cum aqua vitrum recipientis deponas,  
Accipe particulam auri, & projice illuc & claudas, & calesca-  
cias supra carbonem vitrum, & sic tua aqua demitteta se  
impuritatem & erit pura. Postea accipe Salem bene ustum  
& purgatum per Solum, & dures illud laminari tenuiter &  
consecidas illud minute, postea accipias Vitrellum & infun-  
das ad hoc aquam istam, quantum videtur, et imponas ad hoc  
aurum, & oblinias vitrum bene, & ponas supra cinerem cali-  
dum, ut ita dissolvatur, postea accipias hanc aquam cum auro  
ad lebetem parvillum, & infundas ad illum aquam, & supra car-  
bones, ut ebulliat, & quando ebulliet, effundas illam aquam  
ex vitro, & misceas cum lignello, ut non adhaerent lebeti, &  
quando videbis, quod aurum eat ad fundum, deponas deorsum, &  
istam aquam effundas paulatim, & affundas aliam super hoc,  
& iterum coquas, & hoc fac quinquies. Postea effundas ad tri-  
podem, & exsicces aquam supra carbonem, ut tantum pulvis  
remaneat, istam pulverem colligas munde ad tigillum, &  
imponas igni & semper misceas cum ferrea chorda, donec vi-  
deas, quod nulla humiditas ex illo exeat, auro, nam quam pri-  
mum aliqua humiditas remaneret, nunquam se quod bene no-  
ta. se tuus lapis conjungeret, & sic habebis aurum prae-  
paratum ad hanc nobilem & venerabilem viam. —

# Capitulum IV

In quo declaratur summum Secretum  
Microcosmi & quomodo aquila nostra sit  
capienda & acquirenda, id est Sal noster  
armoniacus & mare nostrum.

---

Maxima sane & incomprehensibilia sumus ille Deus, &  
Naturae artifex nobis munera est largitus, quae agnoscen-  
tes die noctuque cum toto corde amare, colere & admirari  
debemus: siquidem nobis Divino lumine revelatum est,  
ipsi homini inesse virtutes omnes tam animales & vege-  
tabiles, quam minerales, & hoc ipsum verum esse hoc mira-  
bili experimento comprobavimus, uti methodus te sub-  
sequens clare docebit. —

Accipe ergo in nomine Domini Urinam puerum, qui ab  
octavo anno non evadant ultra duodecim annos, quam urinam  
ex ipsis pueris mane urgentibus ex aëto collige, cujus me-  
nam te habere quantitatem oportet, si nam exinde menstruum  
tuum ardens ad dissolvenda metallorum corpora tibi facien-  
dum est, a multis Alchamisti nomine indigitatum, ut modo te  
docebas, quae vase vitreo putrefacienda est, quam aptime  
occluso vase ne respiret, cujus vasis duae partes debent es-  
se plenae, reliquae vero vacuae, atque hoc facto intra fi-  
num Equinum collocari debet ad putrefaciendum, quousque  
nigrescat, quod intra dies 40 vel 50 contingere solet, sed ut  
ipsa urina breviori temporis spatio nigrescat, hoc se-  
cretum habuimus, & vero experimento comprobavimus, immis-  
cendo & conjungendo cum praedicta urina chysatum aquae  
vitae, quae sit prius rectificata, quam aptime, atque hoc  
modo putrefactionem accelerabis. Facta putrefactione  
constitue Urinam in urinale, cui recipiente & alambi-  
co aptime clausis, cujus vasis duae partes debent esse ple-  
nae, tertia vere vacua atque in balneo lento igne distilla-  
bis ex tribus partibus unam, vel quasque procreet in capel,

lo venas, quibus, venis evanescentibus recipientem amove  
& oclluzum optime cum aqua distillata conseroabis, quae est  
ejus Mercurius, in loco frigido quantum poteris, deinde distilla  
tionem tantundem continuabis augendo ignem, & distillabi  
tur ejus phlegma, quod vehementiorem ignem exigit, ut quod  
exire alembicum possit, atque hoc modo continuabis distilla  
tionem quousque appareat de similitudinem mellis vel picis  
fusae, tum sine vas frigerere, & phlegma, quod distillabit,  
servabis; postea accipe primam Mercurium, sive spiritum  
quem in principio distillasti, quem rectificabis hoc modo  
ponas igitur illum in Bocciam magnam, cujus altitudo sit  
unius brachii, & medii, postea in collum Bocciae imitte si  
cinum bambicis tantum, quantum sufficit ad os includendum  
ipsius Bocciae, quod vicinum sit prius madefactum oleo, &  
expressum, & filo cannabaceo ligatum, ut ex collo ipsius Boc  
ciae ipsum quandoque non valeat decidere, sed poteris extra  
here: appone Bocciae demum alembicum cum recipiente op  
tine clausis cum flore farinae, haec est impasto ipsius fari  
nae, ad collum Bocciae similiter alligato, ne vasa respirent:  
quo desiccato bitumine constitue Bocciam ad ignem balnei  
leniter ferventis, & materia sublimabitur ad pretiosissimum  
Salem, hoc tantum adverte fili, ut foras alembici sit  
amplum & spatens, ne sal ex cucurbita emergens ac subli  
mans obstruat os rostri ipsius alembici, dum in recipientem  
te emanabit, quod si fieret, rumpentur vasa, ut antea  
quoque nobis accidit, cum hanc experientiam ad practicam  
contulimus.

Cum lotum salem videris per hanc distillationem transu  
actum, deute crassa, ac vase vitreo serva optime occlu  
sum, quod sal erit volatilis, ad corporum dissolutionem, sine  
quo sale volatili difficile alias erit, menstruum facere,  
quamquam sit possibile ea Saturno. Est etiam alius mo  
dus praedictum spiritum sive Mercurium animalium recti  
ficandi seu purgandi. Accipe ergo illum spiritum anima  
lem, & distilla per balneum, & transacta medietate liquoris

remove recipientem, & quod in vase remaneat, abjicito, quod  
autem destillatum est, iterum destilla, ex eo accipiens duas  
partes, & quod in vase remaneat, iterum ut supra abjici-  
to, tertium vero, quod transcriptum est, distillabis, & ex eo  
recipe paulo minus tatum, & hoc modo spiritum, sive  
Mercurium animale rectificatum perfecte habebis, quo  
pateris exanimare tuam terram, quae tibi superius reman-  
sit, & sic habebis nostram nobilissimam aquilam, cum quo  
tot miranda possunt fieri in omnibus laboribus veris Chymicis.  
Et etiam te hic docebo, quomodo debeas exanimare tuam  
terram, quae tibi remansit per aquilam nostram, cum qua eti-  
am in particularibus mirabilia fieri possunt, sed ad nostrum  
opus non est necesse, sufficit tantum nostra aquila. —

Recipe ergo Sicem illam fusam, seu magis terram fusam,  
& ei infunde tantum de praedicto spiritu animali, ut sup-  
pernate 4 digitis, claudere vas cum suo atonoro cum cera  
quanta, ne respiret, postea vas urinale convectias, ut spi-  
ritus uniatu & incorporetur, & terra spiritui junctam  
lius dissolvatur, pone in putrefactionem naturalem per duos  
dies, dein amoto a tonoro & cum celeritate apposito alem-  
bico & recipiente distillabis, per cinerem, cave a fumo  
cum vas aperueris, sunt enim spiritus potentissimi.  
Transacto igitur per distillationem toto spiritu ignem au-  
gebis, ut anima imprimatur in aquam destillatam, ac de-  
inde iterum gradatim ignem augebis, quousque sublimetur  
alius sal sive Sulphur, usque non amplius sublimabitur,  
Frigido vitro collige sublimationem, quam cum spiritu ani-  
mato collocabis nuper distillato, postea materiam duram  
& crematam remanentem in vase extrahe, & triturabis &  
iterum spiritum infunde, & clauso vase per alembicum  
in cineribus distillabis spiritum animatum, cum autem vi-  
deris nihil ultra distillari, nec quidquam sublimari, sinito  
vas frigescere, & animatum spiritum nuper distillatum cum  
altero prius distillato conservabis, sic etiam, si qua pars Salis

per sublimationem ascenderit eam cum praedicto spiritu simul  
misco, ut supra, & clauso vase haec omnia conservabis,  
tunc iterum super terram de novo spiritum infunde, ad tres  
digitos, & annexo athenorio, ut prius putrefacias, & denique  
per cineres distilla, usque cum nihil distillabit, deinde ignem  
auge, quantum possibile sit, ut terra ipsa calcinetur ac  
in hac tertia operatione convertatur in Cinericium co-  
lorem; mox frigesacto vase & amato recipiente cum <sup>reliquo</sup> spi-  
ritu animato conservabis, terram vero pone in vas fictile;  
sive acetum, quod sufferre ignem possit, quod claude cum  
capello subministrans, ei vehementem ignem, de lignis,  
atque ita continuabis per duos dies, tunc per id temporis  
spatium terram calcinabis, dein frigesacto vase extrahe  
terram, quae erit alba propemodum & nitidi coloris, supra  
quam infunde tantum de suo phlegmate ad quatuor digitos,  
& incinerabis, sinas fervere per quatuor horas, ac postea  
decantabis caute liquorem in aliquod vas, & serva, remanen-  
tem terram autem desiccabis, atque infunde illi de novo  
phlegmate ut supra, fac bullire ut supra, mox decanta-  
bis ut supra, & terram ut supra exsiccabis, atque magis  
sterium reiterabis, donec tota terra dissoluta sit, vel tota  
ejus pars in illud phlegma imprimatur, quod forte accidet  
terna vel quaterna dissolutione, si quid insolutum reman-  
serit, abjicias, est enim terra exanimata, quae autem cum  
phlegmate transacta fuerit, illam filtra, deinde iterum  
per pannum transire facias, quo facto dissolutionem in igne  
cinerum congelabis, lentissime in viali vitreo, cui sub  
positus sit alembicus cum recipiente, quo congelato iterum  
dissolve cum aqua nuper distillata, age per filtrum, postea  
per pannum ut supra, hoc autem magisterium toties  
reiterabis, donec per filtrum & pannum nulla terrestritas  
remittatur. Tunc servato Salen nostrum armoniacum,  
physicum Sulphur animale nostrum, hercium cum animalium no-  
strum fixum, de quo paululum quid supra laminam colloca,  
& si fuerit tanquam caera sine fumo, signum te habere argen-  
tum vivum fixum, ac perfecte depuratum, cum quo plurima

plurima haurire poteris, et hic est ille Mercurius, qui optatissimum nobis subsidium praebeuit in omnibus nostris experimentis; et Medici communes, si hunc sciretis, quam facile vobis esset omnia morborum genera quantumque fixa cum Sale hoc nostro armoniaco volatili solvere, & per sudores disijcere. —

¶ Notandum, si autem non haberes bonum laborantem, cui passes fidere, & qui non passet nostram aquilam capere, frustra laborares, & tantum temporis perderes, ideo volo tibi modum brevissimum communicare, qui quidem in nostro opere multum faciet, sed nunquam tantum, quantum nostra aquila & modus est iste.

Accipe Salis preparati tres libras & armoniaci sibras, & hoc totum misceas bene simul conterendo, & infundas ad vitrum, quod vocatur cucurbita, & ponas ad furnellum, & relinquantur apertum, ut humiditas foras exeat, & fac ignem tantum, ut vitrum fiat calidum, & relinque sic stare, experiendo tum euctro sicut prius Mercurium, & quando humiditas exiit, claudas vitrum sicut supra, & da ignem bonum per diem, & noctem, mane, ut frigescat, et frangas vitrum, & invenies armoniacum superius jacere purum, levem sicut spongiam, & hoc vocatur a Philosophis aer, deponas hoc, & residuum conteras, & iterum infundas ad vitrum, & teras, sive facias sicut prius, & hoc tandem, donec nihil in Sale remaneat, & hoc modo debes advertere, quomodo si sit Sal spargibilis, tunc scias, quod nil sit amplius in Sale, quomodo si se tenuerit in cumulo, adhuc est, conteras sicut prius, & uras tandem, donec exeat ex Sale, Salem abijcias, & Salem armoniacum servas, & sic etiam habebis aquilam nostram, sed non tam pulchram, tam patentem, sicut aquila nostra prima, quae est perfectissima Aquila omnium Philosophorum. —

# Caput intercalare,

De compositione & conjunctione istius  
pretiosissimi lapidis, in Nomine Dei pa-  
tris & filii, & Spiritus Sancti, Amen.

---

Sicut totum Mysterium & naturae artificium situm  
est in compositione naturalium subjectorum agentium, & pa-  
tientium, & Deus omnia creavit in pondere & mensura, sic  
quoque te docebo, arcana illud, de quo nullus unquam Phi-  
losophorum aperte scripsit, sed verbis dactylis occultan-  
tibus, quam ob rem adverteas fili, postquam Te Deus juve-  
rit ad praeparandum Mercurium nostrum, Sulphur nostrum,  
& aurum nostrum, quod pro fermento tibi serviat, ut accipias.

Mercurii nostri praeparati - - 10. Loth res partes.

Sulphuris nostri praeparati - - 2. Loth vel partes.

Auri nostri praeparati - - 1/2 Loth vel partes.

& hoc totum commisce simul ad pelvim testaceam, vitream  
& teras hoc per tres horas, postea infundas ad vitrum,  
quod vocatur phiala, & habeat collum longum & tenue,  
inferius sicut globus, & impanas ad arenam ad furnellum,  
& relinquatur vitrum apertum, ut humiditas exeat, po-  
stea lutes, & da ignem lentum, ut vitrum sit calidum  
sicut ovum asatum, & permittas sic stare per quatuor  
Dies & noctes, ut se bene tuus lapis conjungat, et sus-  
cipiat corpus & animam ab illis. Haec compositio ad ar-  
gentum, sciis, quod sit nimis longa

Accipe Mercurii nostri praeparati 2 Loth seu partes.

Argenti nostri praeparati 3 Loth seu partes.

Sulphuris nostri praeparati 2 Loth seu partes.

Et hoc ponas simul sicut aurum, & etiam ibi veniet la-  
pis, tantum modo scias, quod argentum in alia aqua debe-  
at praeparari, quam aurum, sed eodem modo excogere,

& exsiccare; sicut aurum; tenendo te circa regimini  
ignium & calorum sicut in compositione auri; postea  
frangas vitrum et inuenies, quod se tuus lapis con-  
iunxerit in unum corpus & colorem terrae. —

## Capitulum

In quo declarantur omnes gra-  
dus, tam sincere & clare, ut impos-  
sibile sit, ulli errare.

---

Ugitur dilecte fili, cures tibi extrui furnellum par-  
uum, & imponas ad illud lebetem, & infundas ad illum aquam  
& imponas ad illum foenum bene sectum, & imponas vitrum  
ad hoc foenum, & scias, quod etiam istius aquae debeat esse  
usque ad medium vitri, & etiam ut aqua in lebetis stet ae-  
qualiter cum illa in vitro, ponas ergo supra vitrum aliam  
si eundem, & sub alembicum vitrum, & lutes valde bene, nam  
ista mora ibunt valde fortes venti, & postea fac ignem  
in furnello, ut distilletur paulatim valde, et quando  
extrahes totam humiditatem ita, quod solus lapis rema-  
nebit, & extinguetur ignis, & deponas alembicum, & in-  
fundas iterum supra illum illius aquam, & reuas auram  
iprius, & imponas iterum alembicum, sicut prius, &  
Distilles ab humiditate ter sicut prius, & iterum supra  
lapidem affundendo & alembicum bene lutando cum al-  
tero vitro, & post quartam distillationem extingue  
ignem, ut frigescat. Postea accipe pelviam testaceam  
eam arena, & imponas loco lebetis, ad hanc arenam  
imponas vitrum, & fac ignem lentum, tantum, ut pos-  
sit distillari; distilla aquam ad siccitatem, postea cum

aqueas ignem, ut vitrum fiat validius, & non affundas su-  
pra lapidem iterum aquam, sed sic calcines, & siccas per  
totam diem, et memineris, quod sic habeas primum gra-  
dum, in calcinatione & destillatione, ut bene notes,  
quali igne calcinabis, ut supra scias: post hanc cal-  
cinationem refrigeretur, & infundas iterum supra la-  
pidem aquam, & statim dissolvetur nimio frigore, ita  
ut si teneris vitrum in manu, hoc bene senties; et im-  
ponas iterum ad Lebetem, sicut prius, & lutes semper bene,  
& distilles quinque vicibus, quinto distilles in arenam, si-  
cut prius, post quintam distillationem calcines, sicut pri-  
us eodem igne, ita erit secunda calcinatio; post hanc  
calcinationem imponas iterum ad Lebetem sicut pri-  
us, dissolvendo tuam materiam in vitro, & super po-  
nas alembicum, & distilla sicut prius paulatim.  
Hic debes notare, quod tua aqua & pulchritudo tuae  
aquae convertetur in nigredinem, parte magna, quas  
tenebras vocant Philosophi, & erit signum, radicalis  
solutionis, & cito ulterius erit nigrior, eo citius absol-  
ves, & nigredinem illius habeas pro primo signo. Post  
quartam distillationem in humiditate distilles in siccitate,  
videlicet in arena, post distillationem calcines sicut prius  
eodem igne, & sic habebis tertiam calcinationem, iterum  
extingueas ignem, & eximas vitrum ex arena, & infun-  
das iterum aquam supra lapidem ad vitrum, scilicet  
pulverem & imponas ad Lebetem sicut prius. Hic tibi do-  
scire, quod sic distillare in humiditate debeas 16. vicibus,  
& calcinare totidem, id est semper s<sup>ta</sup> vice calcinare  
nihil ignem augendo, quando istum gradum sic absolves,  
in ista distillatione & calcinatione, postea sic procede,  
ad alteram gradationem.

Hic incipit 2<sup>da</sup> gradatio ad destillationem & calcinatio-  
nem, & ignis augetur in calcinatione, postea quando  
dissolues post calcinationem, pulverem, ponas ad Le-

betem & foenum, & distilles sic ex humiditate sex vicibus,  
dissolvendo & supra pulverem infundendo, & hoc quod ex  
illo distillabis, vocatur illius Sudor, in hoc sudore lava-  
tur ille ad suam impuritatem, sicuti infans in materno utero,  
post sextam distillationem eximas, & imponas ad  
arenam, & edistilla omnem sudorem, & postea calcina  
augendo ignem, cum duobus carbonibus bonis fabrilibus,  
& sic calcines tota die ac nocte, post hanc calcinationem  
extinguas, & frigesacias, prout post quamlibet calcinationem  
debes refrigerare, nam quamprimum ad calidum vitrum  
infunderes frigidum sudorem, sic vitrum rumpetur,  
etiam te moneo, quando aperies vitrum, cave ipsius  
odorem, nam habet odorem dulcem ad olfactum, sed hominem  
statim illo interficit; iste est ille Basiliscus, de quo  
multi loquuntur Philosophi, & simplices Alchymistae  
putant quasi iste sit verus Basiliscus, errant pauper-  
culi & miseruli, iste nam iste <sup>est</sup> Draco vel Basiliscus,  
de quo illi non intelligunt; & hic massa nostra incipit  
fieri nostrum antimonium. Postea accipias vitrum,  
infundas iterum supra materiam illius sudorem, et im-  
ponas ad quæbetem ad humiditatem, & distilles lento igne  
sicut prius, et tunc videbis in vitro, quando stabit in quæ-  
bete in valida destillatione triplex miraculum, vide-  
bis in fune tuo corpus, in medio aquae pulchritu-  
dinem, claritatis superius spinguedinem, valde magnam;  
distilles paulatim sicut prius 6 vicibus, septimo in  
arenam, & post distillationem calcines per diem & noc-  
tem eodem igne, sicut post alterum gradum esse debet:  
postea frigesacias, & aperias, & infundas supra lapidem  
illius sudorem, donec dissolvatur, postea imponas ite-  
rum ad humiditatem quæbetis, & distilles lento igne sicut  
prius sexies, & septimo calcines sicut prius, & hoc fa-  
cias duodecies distillando & calcinando. Post istum al-  
terum gradum incipit tertia gradatio ad destillationem  
& calcinationem & ignis autionem. —

Postquam absolvisti duos gradus, eas ad tertium, post hanc distillationem & calcinationem, et infundes iterum sudorem supra lapidem ad vitrum, & distilles lento igne sicut prius, post distillationem calcines augeto ignem quatuor carbonibus bonis, & scias quod debeas in tertio gradu distillare novies in humiditate, & decima vice calcinare, post calcinationem extingue & refrigera, & iterum imponas ad humiditatem lebetis, et memineris, ut semper bene lutes, ut nulla vires praestantes & pretiosi spiritus foras possint, & fac ignem sub vitro, & distilles lento igne, sicut prius novem vicibus, distillando, decimam distillationem, postea calcines tota die ac nocte, & decimam sic debes tenere tres gradus, isto more ut scriptum, stat numerus omnium tres graduum calcinationis sine duabus quadraginta vicibus, et scias, licet posuerim tres gradus, tamen unus est gradus, hoc feci ideo, ut te non confundas, hic adverto, quod debeas ad alterum gradum, iste etiam erit ad tres partes divisus sicut prius, & scias, quod istis gradibus totum magisterium sit positum, nam hic debes scire, quando ignem demere & exaltare debeas. —

## Secundus Gradus.

Postquam absolvisti debite primum gradum, postea distilles imponendo vitrum in humiditatem lebetis igne semper aequali, & hic debes distillare duodecies in humiditate, decimo tertio in arena, postea calcines duobus diebus & noctibus sex carbonibus ignem augeto, post calcinationem refrigera, & dissolve sudore iterum & impone ad humiditatem, & iterum distilla duodecies, & decimo tertio calcina duobus diebus & noctibus, sex carbonibus, & hoc sic distillando calcinando & dissolvendo,

uendo facies hoc octies, & sic absolues secundum gradum.  
Hic incipit secunda pars, secundi gradus ad distillationem,  
& calcinationem & ignis auentionem sive exaltationem, hic  
debes ire ad alteram partem isto more, Accipe post calcina-  
tionem vitrum, & aperias, & caueas illius odorem, nam  
quo magis iam sit, eo maiorem dulcedinem dat ex se alere,  
infundas illuc iterum illius sudorem, & adverte, utrum mag-  
num frigus det, nam statim in manu sentis, postea po-  
nas ad lebetem, & memineris, ut alembicum bene obtini-  
as, & distilla lento igne, & scias, quod sic in humiditate  
distillare debeas octo vicibus, & octavo in arenam, post-  
hanc distillationem calcines duobus diebus & noctibus  
eodem igne sicut prius, sex carbonibus, postea iterum  
refrigera, & infundas iterum supra illum ipsius aquam,  
& imponas ad lebetem, & distilla sicut prius, in humidi-  
tate octo vicibus, octavo in arenam, & calcines duobus die-  
bus & noctibus, & hoc facto extinguas, & dissolvas tuam  
materiam in vitro cum sua aqua, & distilla, & postea  
calcina, & scias, quod debeas facere septies, & sic ab-  
solues secundam gradus partem. —

Hic incipit tertia pars. Adverte hic, postquam absol-  
uisti distillationes, calcinationes secundae partis, sic  
tertiam operaberis. Accipe vitrum, dissolve tuam ma-  
teriam, & pone supra illud alembicum, & lutes, & im-  
ponas ad lebetem, & distilla lento igne sicut prius, et  
sic in humiditate debes distillare sexies, sexto in are-  
nam, & calcines duobus diebus & noctibus, septem carbonibus  
auento igne, post calcinationem iterum aperias vitrum,  
& infundas illuc aquam, quam edistillaisti, ut lapis  
dissolvatur, & imponas alembicum, sicut prius, & po-  
nas ad lebetem, & fac ignem, & distilla sexies, sexto  
in arenam, calcines septem carbonibus, sicut prius, & hoc  
debes distillare quinquies, & consequenter sexta vice  
calcinare, & sic habes tertiam partem secundi gradus. —

## Tertius Gradus.

Et isto non habet ullas partes, seu divisiones, & isto gradu debes absolvere, donec nigredo tuae aquae transeat, sic diligens, constans in opere, nam ideo tam multas ponimus distillationes & dissolutiones lapidis, ut eo magis ad primum esse omnis substantiae reducatur, atque unum spirituale corpus & corporeus spiritus cum tempore enascatur, qui patens sit in metallorum Mercurio se diffundere, prout anima in magno corpore. Accipe igitur Vitrum, & dissolve tuum lapidem, & imponas ad Lebetem & foenum, & distilles lento igne quater, quarta vice in arena, post distillationem calcina duobus diebus & noctibus septem carbonibus, ut vitrum sit bene calcidum, nam jam debet unum cum altero figi, nam pugnat corpus contra animam, & etiam nunquam corpus suscipiet animam, nisi prius corpus expugnatum fuerit a sua nigredine, postea sic calcina & distilla tenendo te penes ultimum gradum, videlicet distilla tribus vicibus in humiditate, & quarta vice calcina duobus diebus & noctibus septem carbonibus bonis, tantum vide in calcinatione, ut anima non separetur a corpore, & etiam scias, signum, quod quando debet nigredinem perdere, quod dabit tam magnum odorem, qui tibi melius placebit, quam odor Balsami, & quando iste odor veniet, non timeas filium, nam jam amisit omnem malitiam, & suscepit omnem bonitatem, hoc propterea videns distilla sapienter & calcina sapienter, nam isti est facile cavere, qui instructus fuerit, & etiam reflectas te super tuum intellectum, pates in calcinatione ignem bene augere, & fortificare, ut corpus, quod ignem non timet, doceat spiritum & animam pugnare contra ignem, & omnia tua possint simul pati omnem probam. Etiam tibi do scire mi fili, quod post bonum tempus dilationem passis semel

Distillare & statim calcinare duobus diebus & noctibus, bene igne, nam jam non nocēbit, tantum in distillatione caveas ignem, nam in hoc plurimum nocēbit, propterea recorderis, suadeo tibi, & etiam te moneo, cave infans, ut vitrum bene semper oblinias, & hoc modo: Accipe medullam albi panis molli, & comprimas illam bene inter manus, donec sit, sicut fermentum, isto vitrum bene oblinias, & super hoc circumvolvas mundam telam ter circa circum, similiter fac in inferiori vitro, & sic eris securus, & quando vis aperire alembicum, tunc accipe mundam telam madidam, circa circumvolvas circa circum, & sic deponetur sine damno, sed istud fermentum debes semper servare in strophio madido, & sic semper habebis prae paratum, propterea semper distilla, & calēna, sicut hoc scriptum habes, tandiu donec nigredo transeat, quando nigredo transierit, tunc finivisti istos omnes tres gradus, videlicet, calēnationis, distillationis, & dissolutionis. —

## Alius Gradus venerabilis.

Postquam te Deus juverit & liberari ab ista taediosa nigredine, lauda Deum ex hoc. nam jam debes scire, si venire tempus consumationis tui venerabilis operis, & nimirum in nonaginta diebus vel in centum, & hic non potest errare ullus, nam hoc loquimur, quod vidimus, & testamur, quod per fecimus. Quando jam videbis omnem istam nigredinem, quod versa sit in albedinem claram & puram sine macula, distilla sapienter lento igne, nam non scis, quando te obruet adventus omnium colorum in isto mundo possibile, nam ista mora pugnabit anima cum spiritu contra corpus, postquam distillaveris tribus vicibus, calcines duobus diebus & noctibus sicut prius, post hanc calcinationem iterum distilla, & ista mora prohibent tibi omnes colores totius mundi, et tu illos nihil cures, tantum atten-

De, ut alembicus bene sit oblitus, & inferius vitrum, ad asser,  
vandas hos tam pretiosissimos Spiritus, & etiam ista mora non  
praecipites cum igne in distillatione, sed in calcinatione non  
noceatur, nam hoc quod in aqua lavatur, debet in igne sic  
cari, ut eo melius Lapis inbibat suum sudorem, etiam  
scias, quod post istam nigredinem tua aqua in pondere  
crescat, & odor illius post distillationes aliquid vicibus, &  
praesertim post colores transibit; refrigerata bene vitrum  
cum aqua, & deponatur alembicus, & oblitus vitrum be-  
ne cum cera, & ponas illud in frigidam aquam, & permit-  
tas illud stare per noctem; hic civis bono amico miracu-  
lum ostendere potes, postea mane eximas vitrum ex aqua,  
& videbis tuam aquam, quae se valde pretiose ornavit cum  
pretiosis lapidibus, et in claram lucem, ita ut nemo sit tam  
sapiens, ut possit scire, quid hoc sit, et ecce excrevit valde  
pretiose in puras flores, & illius flores sicut lucidum au-  
rum splendescunt, odor illius olebit sicut Balsamus, in fun-  
do inferius praebet tam pretiosa scopa, quod nullus possit  
scire, an sit aurum, an sint pretiosi Lapidis; o ista est  
pretiosissima res, hujus mundi, quam neque possident reges,  
neque principes, & tu tam felix es, possidere et videre haec  
mirabilia, quae mundus salvere non potest univर्सis, venit  
ex valde & vili & impura re, & ex hoc vili opere penemus  
ad hortum valde ornatum: fructus illius assimulantur odor  
xi Balsami, flores illius sunt auro illinuti; ligna florem  
habent radices, ex pretiosissimis gemis, circa arborem tam cla-  
re gramen efflorescit, quod splendet sicut ab auro. —  
Etiam isti flores habent istas vires, quod, ad quod corpus iste  
flos projiciatur, sive ad cuprum, sive ad ferrum, tatum fer-  
vivificabitur, & erit lucidum sicut aurum, & etiam in dolo,  
quando absoletus usque ad finem, & accipias istius pulveris  
parum, & dabis illum in potu homini, qui iam jam moritur,  
scias, quod etiam ipsemet veniet ad se, & sanus erit, & hoc tatum  
propter illius tam magnas vires, & ista est a me saepius cum ac me

ratione probatissima res; sicut ipse vidisti, Caesare! et mi-  
ratu es!

Post hoc miraculum praepares tibi duo vitra, <sup>sic</sup> sicut a me  
vidisti, ut vasit unum vitrum ad alterum infundas ad  
unum tuam aquam, & altero togas, & lictes bene, & im-  
ponas ad arenam, ad pelvim terream, & ad furnellam,  
& fac ignem talem, quasi deberes destillare ea febele,  
vel parum majorem, & relinquas sic aliquot diebus ite-  
riter per hebdomadem, ut unum sursum eat, & alterum  
deorsum, postea refrigera, & infundas iterum ad vitru-  
bitam et imponas ad arenam & transdistilles, & distil-  
lationem calcines bono igne majore, quam unquam  
calcinaveris, & hoc per duos dies & noctes, postea cessa,  
& iterum distilla, et hoc tribus vicibus, & quando vide-  
bis, quod tua aqua velit mutari, tunc scias, quod iam  
duo signa transiveris, videlicet nigredinem & Al-  
bedinem.

Dilecte fili adverte, quod hic debeas ire ad tertium signu-  
m, scilicet ad subocinam, sis diligens in hoc, quando  
videbis, quod suboco adveniat ad tuam aquam, distilla  
sapienter, nam jam pergis ad finem, et hic tibi jam  
non est opus calcinare, nam jam omnes tuae res factae  
sunt perfecte, propterea non praecipites cum igne, & di-  
ligenter adverte omnia signa colorum, & specialissime  
tibi mando, ut nullam respiraculum amittas, quando  
lutas alembicum, & sic videbis, quod tibi tua aqua tota  
conversa sit in subocinam elaram, distilla semper al-  
terius, quod si potes, illa vitra habere, sicut tibi superius  
describuntur, ut unum in alterum intret, tunc infun-  
de illuc aquam, & imponas ad arenam, & sic se ipsa  
in se aperietur, tantum semper lento igne, post haec vide-  
bis, quod tua aqua iterum mutabitur in nigredinem,  
sed non cures, nam illa etiam non diu durabit, tamen eat  
nihilominus in eodem colore, & sis diligens, exinde enim

accipies speratum fructum pro hoc venerabili opere, post  
hanc nigredinem veniet tibi iterum Albedo, cōtēta lucidior,  
quam prius, & tuus lapis inferius subsidet, sicut puris-  
simus Perillus. —

Si fecisti tincturam ad argentum, tunc relinqueas sic  
stare tribus diebus, & postea extingueas, & permittas be-  
ne refrigerari, & infundas ad cucurbitam, & super impon-  
nas alembicum, & distilla ex arena, & quando omnis hu-  
miditas exibat, tunc bene auge ignem, ut vitrum eale-  
fiat, & postea da ignem, donec totus pulvis tibi nattet  
in vitro, & fluat sicut Butyrus, permittit frige fieri, et  
invenies pulverem absolutum & tincturam justam ad  
omnia corpora mortua, serves munde. —

Hic advertet, si autem tincturam fecisti ad aurum, tunc  
albedo est tertium signum, vel in ista Albedine semper  
distilles, tandiu donec iterum veniat Rubedo, sicut  
Rubinus, distilla semper ulterius & majorem fructum  
accipies, & modo sic facias, sicut de Argentea scriptum  
est, & sic in Namine Patris, & filii & spiritus sancti  
finioisti justam viam, & fructuosam, unico memineris,  
ut sis constans, Deo servias, & in castitate maneat,  
& habebis tincturam a tot millibus desideratam, a  
paucissimis vero inventam & projectam ad omnia  
bona, Deo Laus, honor & gloria. —

Quomodo benedictus lapis  
nostre materiam primam sit con-  
vertendus & multiplicandus, tam in quantita-  
te, quam in qualitate. —

Primo procures tibi lapidem, latum & durum & glabrum,  
& sic illum proceas, accipias aquam fortem, & infundas  
supra illum, si in illo aqua fervet, tunc scias, quod a-  
pis non valebit, quod si aqua steterit quiete, valebit.  
Accipias ergo coenam, & circumponas illi lapidem, &

et permittas nasum <sup>deorsum</sup> ut possit deorsum ire aqua,  
& ponas lapidem supra terram humidam, & supra lapidem  
munde. Praeparat, ut nihil possit supra illum impure deidere  
eum lapidem <sup>supponas ad hoc armaniadi purgati balath,</sup> & <sup>et superponas vitell,</sup>  
conteras hoc eum corrente valde bene simul, & postea disperges <sup>lum, postea accipias</sup>  
eum in lapide tenuiter & permittas jacere in <sup>primario compositio,</sup>  
nini, & scias, quod ab illa die incipiat dissolvi, & dum vide- <sup>nem, & ponas supra</sup>  
bis, quod velit dissolvi, conteras bene eum corrente, & exinde <sup>lapidem</sup>  
permittes, ut eat ad vitrum, quod vocatur iudicabit, nam  
ex isto vitro illam non debes movere, ideoque providere tibi  
ut eam rum non accipias, & sic semper mane, quod defluet,  
hoc serva & filtra per mundam telam & conteras deinde  
eum corrente, & etiam scias, quod ad finem valde paulatim  
ibit, non tures hoc, sed addepta eadem aqua infundas,  
supra pavens, & conteras, & disperges & sic tibi descendet  
tota, tantum quod impuritas erit, hoc in lapide remanebit,  
hoc abijicias & sic habebis aquam puram & claram, cui  
in mundo par non est. Rempe ex Mercurio, Sulphure,  
Auro & Argento, ista est ista aqua, quae mortua corpora  
resuscitat, videlicet Cuprum, ferrum, & alia metalla, sane  
debet illam honorare, nam per illam homo honorabitur &  
exaltabitur ad magnas divitias. etiam videas, quae vitrum  
bene elaudas cum cera, nam tota exiret, ita ut non resci-  
res, nam illa aura trahitur. <sup>Et debes advertere,</sup> quod  
jam te debeas praeparare ad istam viam, & hoc tali modo,  
& scias, quod si quis homo illam faciet, & non honeste con-  
servabitur, scias, quod eorum illius oculis amnia dispiciant,  
& hoc prabet, da illi alicui impurae feminae ad manus,  
videbis, quod illi in manu dispiciet, nam ista pretiosissima  
aqua non patet pati impuritatem, nam ideo videtur con-  
fitearis, & quodcunque peccares cum foemina, tunc illa die  
relinquas opus, si vis tuum sanum, & singulariter cave  
homines impuros.

## De Augmentatione huius Lepididis.

Ut stet in justa proba et mensura totius mundi; <sup>℞</sup>  
stea, quando volueris multiplicare tincturam accipe,  
istius

Tincturae - - - 2 Loth seu partes;  
Mercurii purgati - - 24 Loth seu partes;  
Sulphuris purgati - - 3 Loth seu partes.

Et haec omnia panas simul, ut se conjungant bene, de  
quo non est sollicitudinem habere, hoc facto panas ad  
Lepidem in Cellam humicam, ut dissolvantur sicut priora,  
& quod defluet, hoc serva donec tota defluat, postea eas  
via tali modo, ut superius, videlicet calcinando, defillan-  
do, calcinando, iterum refundendo, & tenendo temperes mo-  
dos priores. & sic tuum pulverem multiplicabis, quousque  
volueris, & etiam scias, quae, quando tincturam addes ad  
illos pulvres, quod valde cito in Cella solvantur, scias eti-  
am dilecte fili, quod rubrum opus perficietur, & fructum  
percipies, sed ad album supra modum diu laboratur, & tunc  
diu magnum in nigredine dat, & longum, ita quod vix  
homo non desperet, ideoque facias, quae vis, tamen tua no-  
strumque vidisti, etiam haec respiciat, quam Deus dabit,  
per se fac, quae pulvrem non praecipias, & scias, quod unum  
Lath faciat, <sup>mille Lath.</sup> Auri & Argenti, et iste mille Lath facit tria  
millia Lath, & sic procede tingendo, donec qui vis primus  
Lath adferat centum: Althia; & sic stabit in justa  
tinctura Rubedine & Albocine; Numerus unius Lathonis in  
tingendo est quinquae millia marcaram, & quadraginta  
marcae, & sic stabit in justa mensura & proba omni to-  
tius mundi, & quando probat aurifaber, fac ut illos ite-  
rum urat, adde ad istam marcam duas marcas Cupri, &  
sic facies illi tadium & magnum miraculum, non credas.

rem illi, & carneas illos, nam te privarent vitâ, nam et  
ego illis hoc miraculum feci, & adia illorum infensa  
sustuli, proclamantes me Beneficium, & Diabolicis arti-  
bus instructum. —

Et sic finivisti in via humida tuum opus. cui in mundo  
comparandum est nihil; & est quidem in hac via etiam  
via brevior, sed non <sup>tam</sup> fructu; quoquo enim sepius sol-  
veris & resolveris (a lapidem tuum), eo magis fit spiritali-  
or, et aptior se in magna Mercuriorum quantitate  
tingendo dilatare; & quasi ainvare. Crede mihi fili-  
mi, nullus Philosophorum opus suum ad majorem ex-  
cellentiam produxit, quam in via hac factum est.  
Hec igitur sit honor, laus & gloria in perpetua. aë-  
culorum. sæcula. —

In Nomine sanctissimæ & indi-  
viduæ Trinitatis, Patris, & Filii, &  
Spiritus sancti, Dei unius in Sub-  
stantia & trini in Personis, Amen.

---

Omnis sapientia a Domino Deo est, & cum ipso fiat  
semper, & est ante ævum, initium autem Sapientiae  
timor Domini, stultitia est omnis sapientia, quae si-  
ne Deo est, & finis pessimus est omnis scientiae, cujus  
principium timor Dei non est, nec alibi nascitur Minerva,  
quae Dea est Sapientiae, nisi in Cerebro Jovis, Deorum  
summi, nec ullibi satis concine canunt. Musae, nisi ubi Ithi-  
saram in medio canendi principium facit divinus Apollo.  
Si ergo, sapias, Deum time, si non times, jam desipis, quia in-  
sipiens dicit in corde suo, Non est Deus; jam vero summa tim-  
oris Domini est justitia, suum vero cuique reddere est sum-  
ma justitia. Reddite, quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt  
Dei Deo, manet incarnata sapientia, qui hoc implevit & su-

suum Deo, suumque Caesari reddidit, omnem iustitiae & li-  
moris Domini Legem implevit. Non mirare Lector, haec me  
tibi tam studiat praefari: Quisquis es, quem fortuna (vel  
aut magis christiane loquar) quem Divinae providentiae  
Dextera in hunc ipsum thesaurum, quem manu tua tenuit,  
deduxit, cave ne fallas, cave, inquam, ne fallas, non me  
evadent, eum inevitabili mortaliuro amissuro lege de  
aeternitatem citatum jam pridem putredem consumpsit,  
sed te ipsum, quem alim citabit, & a nunc haec, quae scribo,  
leges, & a nunc observaberis, Divina iustitia severe iudi-  
cabit.

Dicam enucleatius, Ego, qui haec, quaecunque tenes, pos-  
sedi, & quae legis, scripsi, e communi omnium mortali-  
um massa natus, non omnibus communem fortunam sum  
natus, ex tot millibus hominum unicus, ego fui, aut  
si non unicus, certe ex paucis unus, cui Deus sapi-  
entiam saeculis omnibus desideratam, a multis quae-  
sitam, a paucis inventam concessit. Dicere profecto,  
possum, illud mortaliuro sapientissimam Salomonis: sum  
quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & natus, ac-  
cepi eam unum aere, & in similitere factam decedi terram,  
sed illa Divinae providentiae manus, quae pro libitu suo  
vasa format, aliud quidem in contumeliam, aliud vero  
in honorem, me meritorium aetius praeceteris extulit,  
& gratia rarissima honoravit, Dedit enim mihi Domi-  
nus scientiam veram horum, quae sunt, et quaecunque sunt  
abscondita, & improbia dice, omnium enim Artificum  
me coeluit. sapientia, optavi, & datus est mihi sensus, in-  
vocavi, & venit spiritus sapientiae, & venerunt mihi om-  
nia bona pariter eum illa, & innumerabilis honestas  
per manus illius, ac iactatus sum in omnibus, quoniam  
antecebat me ista sapientia, quam sine fictione di-  
cere, & sine invidia communi, & honestatem illius non  
abscondo. —  
sed ecce, mi. Lector, quid post omnia, vanitas vanitatum,

& omnia vanitas, oritur Sol, & occidit, et ad occasum  
suum revertitur. Verum Soles occidere & redire possunt,  
nobis, cum semel occidit Sol, brevis, nox est perpetua  
una dormienda; igitur ego, qui vitam felicitate  
non communi spectabilem vixi, mortem necessitate communi  
non evitabilem tandem abii, et quem rara fortuna  
in Caelum prope extulit, mors omnibus una denique  
in terram projecit. Miseranda profecto humanae calamita-  
tis conditio, dum vivimus, Alchymiam representamus;  
calciamur, sed in pulvres, de quibus triste illud: "Memento  
homo, quia pulvis es, & in pulverem revertetur."  
Sublimamur, sed in vanitates, vani sunt enim omnes  
homines, in quibus non subest scientia Dei; vana opera  
eorum, et risu digna; in tempore visitationis suae per-  
ibunt. Solvitur, sed in aqua, omnes morimur, & quasi  
aquae delabimur in terram, quae non revertuntur.

Putrefimus, sed in vermes; putredini dixi, Mater meus es,  
Mater mea & soror<sup>mea</sup> vermium. Distillamur, sed in Lacrymas,  
deducunt enim oculi nostri Lacrymas, & palpebrae nostrae  
defluunt aquis in valle Lacrymarum.  
Fragulamur, sed in corpus ille, quo illud: Cinis erit  
corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis  
aer, & sicuti nebula dissolvetur. Denique per omnes  
Alchymiae operationes duemur, sed quid post omnia? mea  
rae somnia, nulla perfectio, quia Deficimus omnes, nulla  
fixatio, quia perimus omnes, post omnia; nihil ex  
nobis remanet aliud, quam caput mortuum. O Felices  
illi (sed eheu pauci!) quos aequos amavit Iupiter,  
& ardens exivit de aetherea virtus! quos scilicet  
supremus ille Reipublicae universae artifex, & Archi-  
alchymicus Deus ad gloriosam corporis vivificationem  
perduxit, & in Lapidem pretiosum transformavit, ac  
perfecit, ut ex eo aedificentur muri Caelestis Jerusalem.

Uo quæres fortasse, Doctore, quisnam ego sum? Dicam,  
equidem Quærculus Sæptus, lapidis Hermetis in Theoria  
& in præxi actualis Professor, Nomen mihi Pater meus,  
cætera fortuna dedit. Ob hanc ipsam, quam supradixi,  
occultam sapientiam, olim mihi a Deo datam, hodie in  
te translata. Surdolphus secundus Caesar ma-  
ximus me officiis supremis, honoribus maximis decora-  
vit. Divitias illa ipsa Aurifera Sapientia super au-  
rum, & Topalion, & super omnem Lapidem pretiosum,  
pretiosior, quidam vixi, copiose ministravit. Hic ille  
Ego expertus fortunam, expertus honores, expertus di-  
vicias, expertus sum denique illud, quod supra dixi:  
Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Abrumpo, hæc  
enim lamenta alieni temporis, & loci sunt, tu nunc,  
quæ dicam, adverte. Quisquis es, qui hæc manu  
tenes, thesaurum invenisti certe inensum, & tot Sa-  
pientibus viris laboriose quæsitum, & tot mundi  
Monarchis summe desideratum, illorum oculis nega-  
tum, tuis manibus hodie, ita volente Deo, donatum;  
illum, inquam famosissimum, & in toto orbe celebra-  
tissimum Lapidem Philosophorum, illud naturæ in-  
scrutabile secretum, illud artis summum miraculum,  
illud Mega & Microcosmi Thaumaturgum Corporum  
medicinam efficacissimam, metallorum tincturam pre-  
tiosissimam, Occupationem Regum & Caesarum honestis-  
simam vitæ conservatorem, juventutis restaurato-  
rem, & elapsi temporis pretiosi revocantorem, divitiarum  
imensarum largitorem, bonorum sublimium  
collatorem, Lapidem, inquam, Philosophicum, non fictum,  
etiam, non existimatum, non exaggeratum, sed verum,  
mea propria experientia comprobatum, Encomiis mil-  
le millies celebratum, quem Deus super omnia alia me-  
talla maxime occultat, quem ipsa natura producere non  
scit, quem ars e materia communissima, pariter ac secretis

simam, Deo auxiliante, efficit. Sed ecce, o Rector! quid  
prodest homini, si mundum universum lucretur, animam  
vero suae Detrimentum patiatur; Thesaurum inducisti,  
qui te beare potest, sed potest et perdere; beare, quia tuus  
us est, perdere, quia siam alienus, miraris? ita est, ita tuus  
us est, ut etiam alienus, ita alienus, ut tuus etiam; si The-  
saurum hunc tibi soli vis habere, nec legitimo Professori  
simul favere; mundi pretium quidem lucratus es, sed a-  
nimae Detrimentum passus es. Quod si insuper Divino  
hoc munere vitam vivendo non humanam abusus fu-  
eris, lapidem quidem Hermetis invenisti, sed in Lapidem  
aeternitatis infelicissimi offendisti. Adverte igitur, quisquis  
es Lapidis Philosophici hodie inventor, Cave, ne sis salutis  
tuae Contemplor, sive te Purpura vestit, & dignitas quae  
que coronat, sive egestas quasi vir armatus opprimit,  
Memineris, quod mors aequo pede pulset pauperum taber-  
nas, Regumque turres, sive armata Pallas, & sagae tecta,  
sive tagata tibi curae est, sit curae & illud! quod fata  
ultima nec repelluntur morte, nec eluduntur arte, sive  
in sacris, sive in profanis negotiis Legem cuiquam pon-  
nis, Lex illa Regum ultima a supremo Legislatore  
Deo omnibus constituta, versetur in animo: statutum  
est omnibus hominibus, semel mori. Memor igitur te  
quoque mortalem esse, ita Lapidem hunc Philosophicum  
accipias hodie, ut aeternitatis Curam non dimittas, ita  
eundem possideas, ut legitimo Professori simul faveas,  
denique ita vivas, ut infelicissimam illam mortem se-  
cundam non abeas. Vera Philosophia est mortis contem-  
ptio. —

Tam vero quaeres itaque, quisnam ille Professor est?  
indicabo, & si indice non indiget, Domus augustissima toti  
orbi jam a tot saeculis conspicua, illa, inquam, augustissi-  
sima Domus a Rudolpho quondam Hapsburgi Camite  
fundata, a Deo super omnia mundi fastigia excelsa,

Deo sub Hostia Eucharistica latenti sequum proprium  
quidem esset. Quod, si, eundemque pates comitatus est:  
Deus vicissim, ut compensaret honorem, Rudolphum ad sum-  
mam orbis fastigium, hoc est, ad romani imperii Thronum  
eiecit, quem honorem memor sibi praestiti honoris Deo  
penes ejusdem Augustos Posteros in hunc usque diem conser-  
vat. Haec igitur Augustissima, piissima que Domus Austri-  
aca est legitima Thesauri hujus, quem manutenes, Do-  
mina, illum Carolus IV ingentibus & plane imperatoris  
impensis comparavit, deinde Carolus V, Saturnae ser-  
vator, providissimus maxima ex parte auxit, suaeque  
Coronae haeredibus posteris reliquit. Quo tempore in  
manus meas hunc Thesaurum casus devolvit, eodem  
tempore fortuna alia non minor mihi obtigit, videlicet,  
quae sceptrum romani imperii tenuit Caesar Glorio-  
sissimus Rudolphus secundus ter Augustus, ter invictus,  
Divus Rudolphus, inquam, in Capitolio Caesar, in Campo  
Martio victor, in Atheno Lapidis Philosophici Professor,  
de hujus Augustos pedes tanquam legitimi Professoris The-  
saurum illum ego quondam adeptus deposui, cujus cle-  
mentia & magnificentia non tantum Thesaro, frui mi-  
hi concessit, sed etiam honoribus me cumulavit. Si  
igitur Rudolphus Caesar adhuc hodie vitali cura ves-  
citur, scito Austria cum hunc Thesaurum, de Rudolphum  
pertinere: quod si jam in Caelum abiit, scito ac ejusdem  
Augustos Successores Regnorum pariter, ac Thesaurorum  
haeredes, id, quod tenes, spectare, ne metue Clementiam  
Austriacis Principibus haereditariam, tuto accedes, quod,  
que illorum est, ad sedes eorundem deponere, ita & The-  
sauro tumet ipse frueris, & debiti obsequii munus Aug-  
ustissima Domui praestabis, & coram Deo ac hominibus  
tutus meam veterem fortunam inter honores aemulaberis.  
Quod si vero avarus cupidus esse mavis, & rem tantam

piissimae & ammi Austriacae subreptam occultaveris, jam  
nunc Ego Coelum & terram testem ac vindicem in voco,  
Firas omnes, fortunam inimicam & fata quaeque pessima  
Capiti tuo imprecor, pereat tibi, quicumque cum Lapide  
tuo (imo non tuo) Labor, pereat Conatus, pereant sumptus,  
pereat Sanitas, pereat securitas, pereat conscientiae  
 tuae tranquillitas, pereat libertas, pereat vita, et quia  
tu ipsemet ab execrabilem avaritiam salutem tuam  
perire sinis, pereant tibi omnia. Satis est, ego, quod  
meum erat, feci, conscientiae anus deposui, legitimum  
Professorem Thesauri indicavi, de honoribus, divitiis &  
securitate, si te Austriacae Domui sistas, assecuravi:  
si seius fueris, de injustitia, & animae jactura te ad  
monui, tu vide, quid agas, utrum in hac vita securi-  
tati timorem vitae quietae, fugam, vagam, liberae di-  
vitiarum inventarum possessioni periculosam & elan-  
destinam occultationem praeponas, & in vita altera  
infelicem aeternitatem et injustam rei alienae deten-  
tionem felici aeternitati praeelegas. Quae ne facias, te  
ego per quidquid sacrum, aut profanum tibi cordi, aut  
in honore est, obtestor; quin potius lapidem Philosophi-  
cum pretiosiore non admittas.

Vale, et frueri memor Dei, memor tui, memor & mei,  
memor Austriaci, quisquis super est, Principis Thesau-  
ri hujus legitimi Professoris, cujus Augustissimae,  
ergo Deum, piissimae erga homines, Clementissimae Domus  
Austriacae, exaltet Dominus Solium Majestatis ejus  
in aeternum. —

Veritas, thesaurus perpereluis a paucissimus inventus,  
stans in limine portae aureae clamat: Venite ad me  
omnes, qui viam quaeritis, & ducam vos in semitam rectam,  
quia transitus ad felicitatem non est, nisi per viam me-  
am; sum enim ostium transitus, atque Medicina trans,

mutans id, quod non est amplius in id, quae fuit ante cor-  
ruptionem, & id, quae non est, in id, quae esse debet. Vos  
ergo, qui sapientiam quaeritis, ab ipsa veritate, emittite  
gratis, non igitur auro, sed labore, studio, diligentia, so-  
lertia, assiduitate patientia. His artibus namque con-  
stantique perseverantia Duce transmutat veritas ho-  
mines Lapideos in viros homines sapientes, cum ipsa so-  
la veritas unum illud sit omne, quod est, atque vera  
fortitudo potentium totius mundi superans, quare ni-  
hil ei poterit obesse. —

Speculum Alchimiae,  
in quo continetur completum lu-  
men hujus divinae Essentiae, id est  
Lapidis Philosophici, seu materiae primae.

Capit. I.

Est breve Compendium totius ope-  
ris, in quo Author docet, verum Lapidem  
Philosophorum unicum suum filium  
Conficere.

Ego tibi fili mi dilecte unam fideliem volo dare doc-  
trinam, sed tamen prius toto corde aeternum exora De-  
um, ut tibi det gratiam, esse dignum tam nobili secre-  
to, quae solum mediante sua divina acquiritur miseri-  
cordia. Et hoc erit primum tuum principium, si desi-  
deras possidere Lapidem Philosophorum: labora deinde  
cum anni debita diligentia, & sequere naturam, nec  
ercede anni Saphirae, cum sit mortale toxicum, nec

quaeres in herbis, nec in animalibus, nec metallis, nec salibus, nec Vitriolis, quia haec res nihil juvant ad nostrum opus, imo nec Sol, nec Luna illud possunt facere sine primo Ente. Est Lapis, & non videtur esse Lapis, & in hoc ars consistit, Natura illud facit in modo, nec dum ad perfectionem redacto, & nascitur in montibus & fontibus, & appellatur materia prima, & Mercurius Philosophorum, ex quodamta ars continetur, & qui habet spiritum hujus, aut colorem, aut sanguinem Leonis rubri, & Mercurium purum & accuratum & subtile suum Sulphur, habebit vere fundamentum totius. —

## Caput II.

Ego credo, quod nunc fili mi credas, & sapias, quoniam vera sit materia, & Lapis, nec tibi clarius jam dicere possum, sed bene tibi dicam, quomodo debeat procedere, si velis extrahere spiritum Lapidis, salvas dictam lapidem secundum verum Aylum, & modum, nec adhibeas media lapidistica, & uno verbo, neque corrosivum neque aliae res ad hoc servant, nec salvere possunt, praeter unum fontem clarum & nitidum, qui adhibetur, & est Essentia, id est prima in Entis, in qua est nostra solutio abscondita, per se ipsum calefit, ut dum haec Lapis sudet, nec unquam Philosophus aliquis docuit aperte solutionem, sed recordare, quod ignis velit esse temperatus, aliae laborabis gratis, et scias, quod in hac doctrina sit res experimentata, quod ille, qui nescit primam materiam & suam solutionem, non solum appropinquet veritati, sed etiam sit jam actu vicinus, & perventurus ad desideratum finem, Et hic tibi volo dare bonam cellam, et notes, quod si non videris in fundo, aut inferius unam Lepram pigram, & superius unam albam, scias te errasse, et si tua materia non fuerit bene soluta,

cognosces ex hoc signo, sed si bene operatus fueris, videbis  
unam nebulam nigram in fundo, et Elementa erunt sepa-  
rata, et purum ab impuro debet esse separatum, & post,  
quam hoc feceris, habebis magnum Magisterium, id est,  
primam Essentiam Salis, suam primum Ens, & veram  
tincturam quae recipit novam formam, quia nostrum  
aurum vulgi, de quo loquitur magnus ille homo, novus  
Theophrastus, quod haec essentia tantae sit virtutis, ut  
reducatur corpus Salis in primum Ens, quod habet tres quali-  
tates Salis, id est, Seleni, Sulphur & Mercurium, sed Sal  
& Sulphur relinquunt suam virtutem in Mercurio, &  
etiam Mercurius perdit multum de suo pondere, si fuerit  
artificiose separatus, & extractus ea Lapide, et sic erit  
finita sua Solutio Philosophica per medium putrefacti-  
onis, & Separationis Elementorum, & Spiritus & corpo-  
ris, ex qua sequitur mors ex semet ipso, & resuscita-  
bit illam Deus, nec multum Solutio retardabit. —

## Liber primus.

De vero & pretiosissimo Lapide Phi-  
losophorum.

### Capitulum I.

Quis sit omnipotenti Deo, qui revelat suis filiis ce-  
lata Secreta Scientiae, quia placuit succedere divinae Pro-  
phetiae, illuminare me indignum, servum suum, hac  
pretiosissima Scientia a Philosophis tanta varietate  
& obscuritate nominum occultata, quae communiter Al-  
chimia vocatur. Nec bene volui relinquere memoriam

in hoc meo Compendioso tibi filio meo clarissimo, sed  
bene tibi relinquo in parte secretos modos, & explicati  
onem verborum obscurorum adhibitorum a supra  
dictis Philosophis, ut si velis te occupare hac nobili  
Delectatione, scias ejus verum fundamentum, & fir  
mam regulam; utendo hac meâ tui recommendatione  
per modum speculi, contemplando in illo veritatem  
cum suo medio, & trutinæ Lusores & falsificatores hujus  
artis & doctrinae, reddendo te certum, quod dum directam  
viam aberras, tibi demonstrerem, quod sicut Caecus ad  
praecipitium aëcedas, Primum itaque medium & finis  
hujus operis est timor Dei, sine quo vanum esset om  
ne tuum studium, & mea doctrina quamvis clara & per  
fectissima, nihilominus falsificaretur, quia aut De  
us tibi abscideret intellectum, aut tibi demeret pati  
entiam secundum divinam suam voluntatem, prout  
contigit illis, qui moti appetitu magnorum diviti  
arum & stupidorum propositorum valent conficere hoc  
divinum Magisterium, quae volo, ut fugias & longe  
tendas ab animo tuo, imo volo, ut in te sit firmum  
propositum, illud, quod feceris, dispensandi ad laudem  
& honorem majorem Dei, distribuendo bonam partem  
pauperibus & indigentibus. Hoc itaque sit fundamen  
tum tuae operationis, et vide, ne ab eo uno puncto de  
clines, quia sic tibi omnia succedent, & pervenient ad  
bonum finem tua vota, Et sic in Namine Dei in  
cipimus, sed prius erit bonum, ut tibi demonstrerem,  
quam multi sint, qui faciunt professionem mocha  
nicam ex hac alta scientia sine eo, quod sapi  
ant ejus veritatem, per ignorantiam propri  
am decepti. —

## Capitulum II.

### De verâ opinione multorum circa hanc scientiam.

Multi prudentes ultra ignorans vulgus cogitant,  
non dari hanc scientiam, & quâd, quando sit discursus  
suis de hac materia, sit una pura fabula, aut in-  
ventio aliqua de cipiendi homines: quam opinio non ho-  
minum ignorantium volo, ut refutes, illi autem ad fa-  
ciendam fidem majoram suarum opinionum etiam  
dicunt, quod totum, quod invenitur scriptum a tot Phi-  
losophis diversis, non sit aliud, quam figurati sermones,  
aliæ res, et non hanc divinam scientiam significantes,  
unde relinquendo illos in sua ignorantia sepultos, vo-  
lo, ut te scias se cure habere, et seire puram & veram  
veritatem, quod omne illud, quod Philosophi scripserunt,  
(qui eare aliis vendiderunt, quæ ab illis intellexerunt)  
videlicet quod cum ingenio humano possit operari in  
tali modo, qui adæquat naturam, & cum aurum a prin-  
cipio fuerit aqua, quæ cum longitudine temporis con-  
versa fuit in argentum vivum, & postea fixum, et  
postea cum eodem tempore & calore solutum se tin-  
xit in rubrum, & flavum, sic etiam homo ad operando  
eadem mediâ, quæ ad operatur naturæ, cum ingenio,  
& arte poterit operari, ut sequatur idem effectus. —

## Capitulum III.

Est etiam certa pars hominum credentium veritatem, qui  
multum in cognoscendo & addiscendo illam laborant, sed  
per magnam varietatem nominum, cum qua Philosophi  
loquuntur, & suum fundamentum & originem describunt,  
confunduntur, & in dubium trahuntur, non animadvertendo

quod solummodo ad occultandam illam ignorantibus, et a  
varis sibi paribus, ut ad illorum manus non deveniant,  
hoc nobilissimum Magisterium, idcirco, tot variis nomi-  
bus appellent, & etiam ad conservandam illam apud  
illos, quibus Deus dat gratiam intellectus in majore re-  
putatione, & credito, & hoc, ut conditioni illorum, quorum  
cum sit penuria, maneat in aestimatione, & ab omni-  
bus desiderata. Unde Hermes, Pater Philosophorum, ma-  
teriam, ex qua hoc opus fabricatur, & recipit spiritum, Cae-  
lum & terram nominavit, & alibi appellatur Mas & fo-  
mina. Aristoteles illam appellat frigidum, & humidum,  
calidum & siccum, quia in illa quatuor Elementa com-  
pleta continentur. Florianus illum nominavit fimum  
album & rubrum, & etiam quatuor Elementa. Aliqui,  
alii Arsenicum album & rubrum nuncupant: alii nomi-  
nibus herbarum & aliarum rerum acceptabilium, ut arbo-  
rum, fructuum, & diversorum animalium illam affi-  
ciunt, sed tamen omnes intelligunt unam solam rem,  
semper communiter vocatam, Mercurium vivum. —

## Caput IV.

Unde multi credendo, quod sit argentum vivum vul-  
gare, cogitando se benefacere multa vane exposu-  
erunt, & tempus ac divitias gratis consumpserunt,  
quia se ad junxerunt ad res corruptibiles & imperfec-  
tas, quae expectant ignem, sed sentiendo illum fugi-  
unt, & evanescent, & multi non intelligunt dictum  
Philosophi nominati Thaeix, qui dicit, quod lapis no-  
ster fiat ex metallis, unde apprehenderunt Cuprum, cre-  
dendo, quod in eo lateret opinio originis, qui in aliqui-  
bus locis illam appellat Venerem, id est Cuprum, aliqui credi-  
derunt, quod fiat ex plumbo, sequentes Philosophum di-

centem Saturnum, qui hoc nomine illum appellat, et alii,  
qui cogitarunt, quod hic Lapis sit factus ex Sole, & Lu-  
na, & Mercurio, sed tunc Solem, Lunam, & Mercurium,  
non intelligendo hic tales, sicut dixi, qualis sit Mercurius,  
nec qualis Sol aut Luna, nec quale plumbum, nec quale  
cuprum hoc sit, nec quomodo fiat, se fatigarunt in-  
volendo sublimare vulgariter Mercurium vulgarem:  
Alii praedicta metalla semper pluries ad conficiendum  
dictum Lapidem, & in fine non potuerunt bonam rem  
facere; alii similiter laborando eum Mercurio vulga-  
ri fecerunt ex ipso Amalgama, aliqui cum plumbo, ali-  
qui cum stanno, & aliqui cum multis metallis imper-  
fectis; aliqui alii majoris probae fecerunt Amalgama  
ex auro, & Mercurio vulgari, et aliqui ex argento fino,  
& praedicto Mercurio, & aliqui crediderunt, quod fiat haec  
res ex auro, & argento simul conjunctis, & conjungendo  
alii Medicamentum, alii tertiam partem cum aliquibus  
salibus, aluminibus, Tutia, Curcuma, Vitriolo, aut  
aceto, & omnes manserunt sicut reliqui decepti, et post-  
quam perdidit defraudati operam, et olerim, roman-  
serunt aut desperati, et hoc contigit, quia non intel-  
lexerunt veritatem. —

## Capitulum V.

(Quo circa) si tu fili mi dilecte velis hos errores fugere, scias,  
quod haec materia, seu res non sit aliud, quam aurum  
purum, & finum, sine alia mixtura, et hoc solo fit  
haec Medicina, & est sicut fermentum, cum quo simul  
incorporatur panis, hoc est verum fundamentum  
operis, sine quo nil boni facies, & est illud, quod Philoso-  
phi appellant Mercurium vivum, qui quomodo reducatur  
in medicinam, brevi intelliges, sed primo volo tangere

Dicta aliquorum Philosophorum supra hoc, & maxime Ori-  
ginis, & Danielis de Augustinopoli, qui resolvit, consi-  
dere hanc materiam seu Gem in Sole & Luna, & in Mer-  
curio, & ex hoc fieri, & in veritate hic Philosophus dixit  
simplicissimam veritatem, sed cum occulte locutus fu-  
erit, non fuit intellectus, nisi ab illis paucis, & rarissi-  
mo rarissimis, quibus summus Deus, Pater naturae, & ip-  
sa natura per specialem gratiam, concessit, illam in-  
telligere, cognoscere & bene scire, debita mente in illa  
operari, & quibus dedit patientiam perseverandi in  
finem operis, cum totum negotium plus consistat in  
patientia, quam in spesa, difficultate, aut labore  
operationis. Propter quod fili mi, cum Deus singu-  
larem det gratiam, cognoscendi clare hanc veritatem,  
convenit, ut illum semper laudes, & benedicas, & eti-  
am cum attentione hujus pretiosi Thesauri, qui si  
sequatur in fine, te reddas dignum, & te geras pro  
gustu, & placito hujus Scientiae. —

## Capitulum VI.

Pro declaratione itaque, & pro intelligentia dicti Danielis,  
quod aurum prius fuerit aqua, aut Mercurius, postea argen-  
tum, & ultimo aurum, et est ita rubrum & flavum, quia  
habet plus decoctionis & saturationis, cum diutius fuerit sub  
terra, quam argentum, quod non est aliud, quam aurum im-  
purum, & in respectu hujus appellavit Daniel Aurum So-  
lem, & unam & Mercurium, & pro majori sua claritate  
accipit hoc exemplum; homo senex primo fuit infans,  
postea factus juvenis, & ultimo senex, qui per has tres ae-  
tates potuit facere actus infantis, & juvenis, sed juvenis  
non potest facere actus senis, quia non fuit senex, nec

impens actus juvenis, quia non fuit juvenis, unde ex to mo,  
do <sup>Seneca</sup> potest dici infans & juvenis etiam si unus solus  
homo sit, & tali modo aurum, potest appellari, & appella-  
tur a Philosophis Mercurius, Luna, etiamsi non sit vere  
aliud, quam aurum, quoad potest operari effectus Lunae  
& Mercurii, sed Mercurius & Luna non possunt facere ef-  
fectum auri, nec Mercurius Lunae, qui ad instar infan-  
tis, qui non fuit juvenis, id est argentum, & in illo non  
est alius effectus, quam Mercurii, & faciendo opus ex illo  
non acquies aliud, quam Mercurium, quia illud fuit  
Mercurius & argentum, & nunc est aurum, reductum ad  
perfectionem Matris naturae, in qua aurum est poten-  
tia reducendi Mercurium in argentum, & argentum in au-  
rum. Nec ideo nego abstinatis, quod ex Mercurio eodem  
modo possint fieri aurum & argentum, sed scias, quod  
Mercurius primo deberet fieri argentum, & aurum una  
vice ante ecedenter, & priusquam ex ipso fieret Medicina.

¶ Non est adeoq;  
haec medicina alii  
quam aurum quod h  
sit in se has tres  
proprietates.

## Capitulum VIII.

Q uatis elare credo, quod tibi demonstraverim, quod haec Me-  
dicina & Lapis Philosophorum sit solum aurum purum & pu-  
rissimum, firmum & finissimum, sine saphistica mixtura,  
& melius & aptimum, quod invenitur. Quod reducendum  
arte in dictam medicinam operatur taliter, ut omne metal-  
lum in aurum convertat, & multiplicatur altorum aurum,  
in qua titate eum ipsissima qualitate, & virtute, quae erat  
in primo, sed pro meliore intellectu, & certitudine, quod hoc  
sit verum, quod aurum sit principium, & fundamentum &  
peris, audi illud, quod dicit Rainoldus de villa nova, & quia  
necesse est, quod Lapis Philosophorum eligi possit de natura

deorum corporum, id est, de natura Solis & Lunae, antequam  
de eo fiat elixir, sive Lapis, aut Medicina perfecta, ideo  
est necessarium, quod Elixir magnum sit depuratum ma-  
gis, quam aurum, & argentum, & quod illud habeat ad conver-  
tendum omnia ad perfectionem diminuta in aurum & ar-  
gentum, quae ipsa minime perficere possunt, quae si de  
perfectione sua alteri darent, ipsa imperfecta exister-  
ent, eo quod non possunt tingere, nisi in quantum se ex-  
tendunt, quoniam nulla res dealbat, nisi in suam Albedi-  
nem, & non rubificat, nisi secundum suam Rubedinem, &  
de hoc fit opera in Lapide nostro, ut melioretur eius tinctu-  
ra, in eo plus, quam in sua natura, et etiam ut fiat Eli-  
xir perfectum. Hoc clarius dicit Philosophus, namin-  
tus Phoenix, clare constat, quod aliquod animal non ge-  
nerat, nisi suum simile, adeoque aurum est illud, quod ge-  
nerat aurum & argentum, & non alia res, sive vegeta-  
bilis, sive animalis, sive mineralis alterius Naturae,  
quia aurum est metallum completum a Natura, &  
habet in se tincturam completam, quae postea per  
exercitium artis reducitur in spiritum per suam spiri-  
tualitatem fit penetrans, & tingit omne aliud metallum  
in aurum, (in argentum secundum suam preparationem.  
Et insuper dicit Aristoteles: nulla est generatio vera,  
nisi in convenientibus in natura, non quaeras ergo in na-  
tura, quod in ea non est, quando res non fiunt, nisi in  
eorum natura, nunquam enim colligimus de spinis uvas,  
& de tribalis ficus, non enim producant arborces, nisi si-  
miilia, nec fructificant, nisi fructus suos, necessarium  
est in natura, ex eis materiam assumere, in quibus ma-  
xime consistit, & ut tibi plus illuminetur intellectus, &  
magis in hoc confirmetur, nota illud, quod dicit Almetrius  
Philosophus: utere ergo de eminentiori membro, & de Sole,

quia est genus generum, & forma formarum, nam ipsum est principium, & finis, id est posterius in metallis, sicut Sol in Stellis, ergo non operaberis, nisi in purissimo auro vero Sale, qui suo lumine omnia luminaria illuminat, & fugat tenebras noctis sua potentia, hoc est Sulphure ætatis Mercurii vivi, & aliorum corporum imperfectorum, cum projectum fuerit super ea; dicit etiam Geber in tractatu de existentia Procreationis talis, fulgur ejus irradians & splendens, & sua clarissima & mundissima substantia, etenim illuminat non solum diem, sed etiam in nocte & in tenebris. Dicit item Candalphus in Turba: scitote fratres, quod nullum corpus pretiosius aut purius Sale est, quia sicut Gubinas in se effusam omnium Lapidum pretiosiore virtutem, sic & Sal habet in se virtutem omnium metallorum, nam continet in se omne metallum, quia tingit & verificat & decorat, eo quod ejus complexio est, sic temperata ac decocta; nam melior omnium Lapidum est ille, qui magis est coctus, & igni proximus. —

## Capitulum VIII.

Cena propter intellectum, quod aurum sit principium hujus Medicinæ, & quod non sit illi magis propinqua, nec proportionata, quam aurum, in quo sunt omnia Elementa convenientia, in Caliditate, frigiditate, siccitate & humiditate, & est metallum completum a natura, & ut fiat spiritualis, non timet mortificationem ignis, quo circa est res, qua magis parem ipso Elixire, aut Lapide Philosophorum natura non habet, eum sit valde propinqua suæ ac naturæ, & quia omne metallum imperfectum, supra quod fit projectio dicto Elixire, aut Lapide, convertitur in aurum, aut argentum finum, secundum suam præparationem factam albam aut rubram. —

# Liber secundus.

## Caput. I.

Nunc incipiam, tibi demonstrare, quomodo mediante gra-  
tia Divina hoc donum acquiratur, & explicare clare to-  
tum Magisterium hujus operis, quomodo incipiat; & continu-  
etur, usque in finem, id est multiplicationem sui in al-  
bum & rubrum.

## Caput. II.

Recipe aurum purum, quantum tibi placet, eligendo purius,  
quod invenitur, prouti esset Chinense, quia est melius  
alio, & hoc ego usus fui, fac inde folia, & lamina illud  
bene, ut remaneat purgatissimum, reduc illud postea in sub-  
tiles laminulas, & divide illas in minimas particulas, postea  
accipias primo aurum laminatum, & hujus unam partem,  
& solum quatuor partes Mercurii, calefac Mercurium in  
Crucibulo supra cineres, et quando incipit fugere, remove  
eum ab igne, & effunde illum supra cineres, & fiat massa  
liquida cum dicto Mercurio, quam Massam aut potius Amal-  
gama, postquam pluries laveris cum aqua pluviali di-  
stillata, & quidem ad minus tribus vicibus, & Amalgama not-  
tissimum jam fuerit, tunc pone illud in balneo, aliquan-  
to calidum, in quo illud per horam naturalem stare sineo.  
Post hoc pone illud in fornacem cinerum cum alembico &  
& recipiente bene clauso, circa juncturas, ut respirare neque-  
at, da postea ignem lentum tam diu, donec foras distille-  
tur. Mercurius, quem separatim servabis, accipe dein au-  
rum, quod remanebit in fundo, violae calcinatum, & totum per-  
tusum perfunde, & lava illud cum supra dicta aqua distil-  
lata calida, & repete Amalgamationem cum praedicto Mer-

auris, quem seroasti, & repete totum hoc, quod antea fecisti, faciendo hoc tribus aut quatuor vicibus, id est amalgamabis, ponas ad calorem, distillabis, & lavabis tam diu, donec aurum fiat subtile, & impalpabile, adhibendo amorem tuam diligentiam, ut tale fiat hoc aurum, quoniam in hoc consistit quasi totum negotium, quia, quo magis fuit subtilitatum aurum tuum, tanto erit aptius ad solutionem, & quo magis illud praedicto modo tormentabis, eo magis fiet tale, et aptum ad omnem perfectionem, & tunc serva illud separatim. —

### Capitulum III.

Postquam hanc aquam tantae virtutis feceris, in qua solvitur aut dividitur aurum, prouti praeparatum, & uti habes in principio operis, & ab ipsis Philosophis extrahi veritatem, quia omnes unanimiter volunt, quod volendo venire ad effectum Lapidis, salvatur aurum in aquam, aut oleum simplex, remanendo per medium solutionis purum, verum, & perfecte accuratum et reductum in primam materiam, & postquam est <sup>sic</sup> dissolutum, fit illud, quod Philosophi appellant Mercurium vivum, aut aquam permanentem, sine cuius vera conjunctione nunquam poteris pervenire ad gradum dicti Elixir, sive Lapidis aut Mercurii praedictae, quia opus est, ut aurum fiat spirituale, unde cum aurum sit corpus non aptum ad penetranda alia corpora metallica imperfecta, et non penetrando illa ea tingere nequeat, & per medium praedictae solutionis fiat spirituale, penetrans & tingens. Cuius solutionis auri, qui non habet veram practicam manipulationis, se alienantulum in opere perlongat, & hoc ideo, quia necessario debet destrueri illud, quod cum longo tempore natura

fabricavit, reducendo ipsum aurum in primam materiam,  
id est in aquam, qualis erat, antequam esset aurum. —

## Capitulum IV.

Et ut cognoscas, esse verum hoc, quod dixi, allegabo tibi hinc  
rationes aliquorum Principium Philosophorum, ex quibus  
clare cognosces, quod omnes in hoc conveniant, id est, quod  
sine hac spirituali solutione sit impossibile facere medi,  
etiam penetrantem, & sine illa nullus perveniret ad veri-  
tatem hujus scientiae; dicit itaque Aristoteles in Metaphis.  
Sciunt artifices Alchymistae species metallorum transmutari  
non posse, nisi eam ad priorem reducant materiam, id est  
naturam in aquam, quam Mercurium vocant, & Geber dicit:  
Qui eum sole ad suam primam originem per Mercuri-  
um reducitur, tunc natura naturam amplectitur, tunc est  
facile illis subtiliter alteram habere substantiam, cum  
jam in actu & ipse subtilem habet substantiam. Etiam  
dicit Phoenix: oportet, ut plurimum nostrum vivum argen-  
tum sit purum, et mundum, sicut erat de sua Minera,  
solum absque omni alia re, & illud decoquatur, donec deri-  
vetur sibi que humiditas & frigus. Hamaldus de villa nova  
dicit, Certum est, quod omne est, de ea materia & substan-  
tia, dissolvitur, verbi gratia glacies, quae fit de aqua per  
frigus, in aquam redit, cum dissolvitur per calorem,  
ita omnia metalla convertuntur in argentum vivum,  
a quo generata fuere & originem habuerunt. Et hoc  
modo respondeo illis, qui dicunt, metalla non posse trans-  
mutari in aliud, et scias, quod sunt aliquot personae lit-  
teratae, quae nesciunt veritatem hujus scientiae, & negant

hoc, dicentes et allegantes Auctoritatem Philosophi Aristotelis. qui dicit, quod impossibile est, transmutari unum spiritum, & unum corpus in aliud, debetis scire, quod verum dicunt, si metallum non reducatur in primam materiam, id est ad suam primam materiam, scilicet argentum vivum, quod per longum tempus decoquitur & inspissatur, suotus terram, & per virtutem Sulphuris, & tunc quod decoquitur plus, et minus, & tum quod fit decoctio longo tempore, vel brevi, habet vim generandi diversa metalla mediante virtute alicujus septem Planetarum, & in hoc omnes alii Philosophi allegati conveniunt, & omnes una voce attestantur, quod possint, & debeant transmutare, & multiplicare, de quo tibi infinitas Auctoritates adducere possem, sed mihi videtur, quod haec tibi sufficere debeant, cum sua claritate, et mea experientia. Quare hac in parte relinquo, et veniam ad demonstrandum tibi modum hujus solutionis auri in aquam & oleum, quam postea, prout dixi, appellant Mercurium Philosophicum, id est materiam primam.

## Capitulum V.

Accipe illud aurum impalpabile, quod supra servasti, aut etiam aurum foliatum & pone in vitrum, aut cucurbitam & disuper quater funde tantum illius quintae essentiae appellatae Mercurius vegetabilis, & claude vitrum bene, ut non possit respirare, & pone illud in balneum Mariae, aut Aeris equinum calidum, siccando illud stare tandem donec aurum sit in vitro solutum, quod cito fiet, et postquam aurum sit in vitro solutum fuerit, leva vitrum e fereore, & pone illud in balneum per diem naturalem, aut plures.

si placet, quia hoc nihil nocet, postea cum alim bico diligenter distilla illam aquam, quam abstraxisti, quod debes de novo redistillare, & adverte, quod quando aqua incipiet deficere & aurum remanserit subtus illam aquam, quam abstraxisti, quod debes de novo redistillare, cum lentissimo calore, continuando hoc tamdiu, donec post foras distillata aqua remaneat aurum, sive solutum in oleum, aut aquam & attendas bene, ut inter distillandum bene sint serratae & sigillatae juncturae vasorum, ut non respirare queant, & quando hucusque de veneris, habebis, pro uti dixi, primam clavem artis, & es in principio operis, & habes unam rem tantae virtutis, ut explicari nequeat, quia hoc est aurum potabile, & aqua Philosophorum, & Mercurius Philosophicus, & prima materia, in qua tota ars est fundata, & hac facta factum est principium & major pars plurimum importans hujus artis.

## Capitulum II.

Accipe hanc aquam aut oleum, & mitte illam in phiolam factam ad modum ovi, & tantae magnitudinis, ut imposita aqua, aut oleum praedictum non repleat, nisi quartam partem dietae phiolae, signatae sigillo Hermetis; hoc vas tali modo repletum pone in sterco equinum aut balneum Mariae cum igne Lampadis subtus accommodam, de vas eo modo, ut non profundius stet in balneo, aut fletore, nisi eo usque, quo materia procedit, & fac, ut continuum habeat calorem, tantum, verbi gratia, qui requiritur ad excludendum ovum, aut paullo majorem & in sumo fac, ut semper possis tenere vas in manu absque eo, ut te comburas, & fac, ut talis calor, continuetur tamdiu,

donec materia, quae est intus clausa, corrumpatur & mutetur,  
& paulatim fiat corpus, & hoc faciendo fiat Nigra, & postea dif-  
fundetur, & fiet alba, & scias, quod omnes colores & cogita-  
biles mundi in praedicta operatione apparebunt, quos non de-  
bes curare, quia quando se difficaverit materia, omnes esse-  
sant, & reducuntur in unum solum Colorem, id est al-  
bum, in quo permanebit haec medicina fixa.

## Liber tertius.

### De fermentatione & multiplicati- one huius Lapidis.

---

Super est, ut loquar, & tibi manifestem secretum Phi-  
losophorum, circa fermentationem & multiplicationem  
huius Lapidis, sine qua hucusque laborasses in vanum, &  
hoc faciens volo tibi pro maiori consolatione monstrare il-  
lud, quod de hoc Origines & Hainaldus dixerunt, & quomodo,  
postquam fuerunt intellectae, Origines vocat hanc fermen-  
tationem admittendam eam in corpus suum dicens in libro  
turbae: nisi corpus immundum munda verit, & in ipsum ani-  
mam imittens, ita, quod in ipsum tinetura cadat, tu non  
operasti aliquid in tuo Magisterio; Hainaldus illam appellat  
fermentum, & dicit postea eum praedicta materia remittat  
fermentum, quod vocatur anima a Philosophis, quia sicut  
anima corpori humano, quod id fermentum est organizatum,  
& dispositum, dat perfectionem, ita fermentum corporis prae-  
paratum, disposito quidem, sed non perfecto, conjungendo se  
secum dat sibi vitam, & trahit illum ad suam Naturam

& convertit illum ad se, & post modicum subjungit, & scias,  
quod non est fermentum, id est anima, mittatur in corpus ad  
hoc, ut corpus vivificetur, & hoc est, quod dicit Origenes in  
Turba, videlicet, nisi corpus immundum munda verit, & reli,  
quod supra dictum. Hi duo Philosophi, prout tales, qui se,  
creti, & occulti in suis scripturis fuerunt, a paucissimis fu,  
erunt intellecti, quia ipsi videndo, quod huic Lapidis neces,  
se sit dare animam, postquam completa sunt quatuor  
verba, & sunt composita in ipsis quatuor Elementa, &  
est factus spiritualis mediante sua solutione, congelatione,  
& dissecatione, usque ad rem factus sit ruber, prout  
superius dixi, multi cogitant, quod sit ipsius dare animam,  
id est adjungendo illi aurum, aut argentum, prout illam praeparare  
volumus ad album, vel ad rubrum, supra alia metalla  
imperfecta, & quod sine hac nova conjunctione esset  
prouti mortua sine motu, & vita multiplicativa, & sic dando  
hanc interpretationem ad doctrinam illorum Philosophorum,  
& videndo, quod illi dederint huic pretiosae rei  
sic factae perfectionem, quod una pars ejus cadendo super  
plures partes Mercurii vivi vulgaris converterit in medicinam,  
de qua pars una projecta supra magnam quantitatem  
cujuscunque imperfecti metalli convertit totum in  
perfectionem auri vel argenti. Faciendo itaque  
hanc multiplicationem cogitaverunt hi tales, quod fermentatio  
fiat hoc modo, id est, ut solvas aurum, aut argentum in  
aquam, praedicto modo, ac quam solutionem accipiantur  
quatuor partes, & una pars dicti Lapidis elementati,  
& claudendo illa simul in oco Philosophico, & per  
ordinem decoctionis superius demonstratae tu reduces  
hanc medicinam in Albedinem, & tunc dicunt, quod erit  
multiplicata una pars suae medicinae in quinque, sive

materia ad album composita, sed tamen lunae, & volendo illam multiplicare in infinitum; quomodo debet reiderari haec misculanlia quatuor partium solutionis, & una primae materiae cum una petrae seu lapidis elementati, & volendo multiplicare medicinam ad rubeum, quod accipi debeat una pars lapidis elementati, & composita ex auro, reducta ad Rubedinem suam, & coniungendo illam cum quatuor partibus alterius auri selecti, & reducte in primam materiam, & fieri eo modo, prouti superius dixi. —

## Capitulum II.

Adverte bene illud, quod in supra dicto Capitulo tibi ante oculos passui, quia illud feci, ut te faciam capace veritatis in omnibus, & aperias bene oculos intellectus, & considera bene illud, quod dicunt Philosophi, hic subtus allegati, quia videbis clare, quod illi non intellexerunt, nec cognoverunt verum fundamentum lapidis, & quod fuerint decepti. Dicit Origenes: sufficit tibi, lapidem nostrum in suo vase ponere, & bene claudere, & ibi coequere, donec totum completur magisterium; ex quo dicto potes clare intelligere, quod non sit amplius opus adijungere aurum, neque argentum, nec aliam rem tuo operi tam diu, quam non sit perfectum completum, & in hoc passu dicit Daniel Custinopolitanus, quod totam artem faciant in uno vase & in uno furnello, cum igne lento, & post hoc statim subiungit, & dicit: in hoc sublimatur, solvitur, & distillatur, lavatur, descenditur, humiliatur, incoratur, putrescit, calcinatur, et fixatur; ibi se occidit & se ipsum vivificat. Audi etiam Cuiusdam Philosophum, qui scribit, & quamvis dicatur a Philosophis multoties ponere in vase, & firmiter claudere, suffi-

fiat tamen semel claudere opus, quousque totum magisterium  
sit completum. Et Sandalphus dicit: Noster Lapidis  
vas unum, in quo totum completur magisterium ad album  
& rubrum. Papilla Philosophus in Turcia dicit: est enim  
Lapis una medicina, unum regimen, & una dispositio eius,  
uno modo incipit, & uno finitur modo, Philosophi tamen  
pauerunt artificia, ad artis suae occultationem, ut coque-  
re, commiscere, sublimare, assare, terere, congelare, ad-  
aequare, putrefacere, dealbare & rubificare, quod totum  
hoc regimen unum est, coquere terram & convertere;  
dicit etiam Avicenna in libro de humoribus; calor agens  
in humido Corpore primam nigredinem, quando finitur eius  
humiditas, & cum superuenit fixitas, in illo albifiat ita  
in opere nostro primo omnia denigrantur, & per ma-  
jorem intensionem et compositionem oportet reiterare.  
Per quos & multos alios Philosophos, & sapientes videtur  
clare hoc opus esse factum ex una tali re, & quod  
nunquam necesse sit, adjungere usque ad suum comple-  
mentum, nec volunt illi, ut unquam vas aperiatur,  
in quo est opus inclusum, usque dum compleatur, & non  
solum fiat nigra, alba & rubra, sed etiam perfecte  
fermentata, quam regulam sequeris, & non inuenies  
te deceptum, sicut alii, de quo Ego Te tanquam Pa-  
ter suum charum filium assecuro. —

## Caput III.

Ausulta igitur, fili mi, declarationem veritatis, &  
intellige modum fermentandi, & inanimandi opus tuum  
tanto pere occultatum, prouti vides a Philosophis. Quae  
operatio est duplex, prima datur a virtute, id est anima

operis. postea multiplicatur in virtute, & simul etiam in quan-  
titate; & est idem modus operandi, tam ad album quam ad  
rubrum, excepto hoc, quod volenti operari ad album sit opus  
accipere lapidem, quando est reductus ad Albedinem prae-  
dictam, & ad rubrum accipitur, quando lapis est factus  
perfecte ruber: & pro majori tuo lumine volo redire ad  
principium operis. Si itaque velis facere medicinam  
ad album & ad rubrum in uno tempore, sic facies:  
Solvas illam quantitatem auri, quae tibi placet, in pri-  
mam materiam, & divide illam in duas partes, & claude  
quamlibet partem in suo vase, aut ovis philosophico, quae  
sigilla bene, cum sigillo Hermetis & pone haec duo vasa  
in fimum aut balneum temperatum taliter, ut non tibi  
in eo manum computras, continuando hunc calorem,  
donec ad corruptionem materiae inclusae in vase, &  
nigredinem perveniat, & usque dum inspisetur, & fiat  
corpus & se diffindat, & fiat alba post apparitionem  
infinite colorum & permaneat firma & fixa, tunc  
exime ea fimo aut balneo tua vasa, & serva unum  
singulatim & alterum pone in vas oblongum de medie-  
tatem aquae communi repletum, accommoda intus vasa  
tali modo, ut stet suspensum supra aquam quatuor die-  
bus, aut parum amplius, & cooperias vas, seu scutel-  
lam, ita ut non respiret, & postea fac, ut aqua in va-  
se aut scutella paulatim bulliat, & intra breves die-  
bus solvetur sua materia in aquam, qualis fuerat ante,  
& quando erit alba, redeas ad solutionem praedicto me-  
do & solutum recondela usque ad albedinem, faciendo  
haec quatuor vicibus & hoc sufficit, quia non inveni  
necessarium, ut reiteretur usque ad septimam vicem, pro-  
uti alii fecerunt, tali modo gratis consumere tempus;

& haec est realis fermentatio nostri Lapidis ad album & rubrum: Accipe illud vas, quod posuisti seorsum, in quo est medicina alba, & fixa, & pone illum in furnellam. Cinerum & cum igne majori, quam ad excludendum suam requirere, tur, fiat paulatim citrina, & postea alba, ita ut nequaquam ignis augeatur, usque dum sit facta rubra tua medicina, remove dein vas ab igne, & permitte illud refrigerari, & postea absque eo, ut vas aperias, illud ponas in supra dictam scutellam, aut vas debitum ad solvendum, & postea illud rursus congela, prouti superius fecisti ad album, & reitera istam solutionem vicibus supra dictis, & pluribus, si lubet, & quando non vis plus salvere, da illi ignem cinerum taliter, ut fiat rubra, & ad suam perfectionem deveniat, & tuam habebis Thesaurum mundi, & secretum secretorum cum tota Philosophia, & opus completum ad album & rubrum, & nota, quod quando habueris dictam materiam in scutella, aut requisito vase, poteris congelare in frigore sine eo, ut ad balneum aut fimum redeas, prouti in altero libro in clavis, reservatis tibi declarabitur, id est, ubi tibi particularem mentionem faciam numeri quaterni. —

## Capitulum IV.

Scias, quod ego hanc solutionem & congelationem seu coagulationem acceperim ex ipsis Philosophis, quod, quod pluries coagulatur, & solvitur, Lapis tanto magis multiplicetur, in virtute & tingit plures partes operis imperfecti, in suis projectionibus, & aliqui Philosophi dicunt, quando Lapis est solutus, in eum sinus frige fieri, Congelabitur,

& sic congelata debet solvi in aquam, prouti intellexisti sic  
faciendo quater, aut pluries, & quando per istum modum sit ser-  
mentatus & multiplicatur postea Lapis. De quo discurret Sa-  
turnus in Capitulo de multiplicatione dicendo; scias fili,  
quod, quando noster Lapis erit solutus in aquam, tunc erit  
opus diminueri suum calorem, & facere coagulatio-  
nem in frigore. Albanus etiam in Capitulo de multi-  
plicatione Lapidis dicit: Postquam medicina nostra erit  
soluta, auferito eam ab igne ad refrigerandum et induran-  
dum, & sic solvitur pluries, & congelabitur; & quanto  
plus soluta & congelata fuerit medicina nostra, tanto erit  
perfectior. Unde Bannetus in Turba dicit: Cum res nostra  
combuitur & reiteratur multoties, fit melior, quam fuit antea,  
& talis solutio, & medicinae congelatio est ejus virtualis sub-  
limatio, unde quoties fuerit sublimata, & subtiliata, toties  
accipiet majorem tineturam, & abundantius tinget, & me-  
lius perficiet, & plura convertet, unde in quarta solutione  
tantam accipiet virtutem, & tineturam, quod una pars  
valebit supra mille partes Mercurii mundati, & conuer-  
tet illum vel in Salem, vel in Lunam, secundum quod fuerit  
praeparata medicina, & melior, quam quae sit ex argen-  
to terrae a natura producta, et supra hoc dicit Gosanus:  
non pendet hujus bonitatis multiplicatio, nisi hoc multitudi-  
ne reiterationis, sublimationis & fixationis medicinae  
perfectae, quia quanto plus hujus complementi <sup>vide</sup> reiteratur,  
tanto illius exuberantia magis operatur, et augmentatur,  
nam quoties solvendo medicinam perfectam sublimaveris,  
toties lucraberis primum unum super mille, secundum  
super decem millia, tertium cadit super centum  
millia, & sic in infinitum. —

# Caput. V.

Ex hoc habeas aquam vitae, factam ex vino Vermiglio,  
(Germanicè niunu Dnsiln:) optimo & perfectissimo, quod po-  
test inveniri, quod etiam, si fieri potest, totum sit amabile,  
sine omni mixtura, aut aqua, & hoc pones in vitrum gran-  
de, quod capiat tres flusiones Galicos, & ponas ad distillan-  
dum in furnum balnei Mariani dum recipiente, bene sigilla-  
to, ut non respiret ignis, quem illi dabis, sit moderatus, &  
aqua balnei solummodo parum frigeat, & sic paulatim per-  
mitte distillare aquam foras, quae distillari potest, post-  
ea accipe illam partem distillatam, & de novo pone illam  
in alterum vitrum minus, & redistilla eum dicto balneo,  
reiterando dictam distillationem ad minus quatuor vicibus.  
Nota bene, si eam velis reiterare pluries, et ad septies erit  
in tuo placito, sed si feceris, prouti Ego tibi dixi, cum attenti-  
one moderatione & patientia, sufficient tibi primae qua-  
tuor reiterationes, sicut supra dixi, nec erit opus ulterio-  
ri labore, quia hic sufficet, adverte etiam, quod postquam  
extraxeris primam aquam, ut illam reasundas ad illam,  
quae remansit in vitro in fundo, & hoc debet intelligi ad om-  
nem distillationem, & adhibendo semper minorem ignem, suf-  
ficet, quod aqua balnei coequatur, non tamen bulliat. No-  
ta bene, quod cognosces perfectionem hujus aquae sequenti mo-  
do: quando erit ad summam perfectionem producta, videli-  
cet accipies modicum bombicis, aut partem linthae telae, &  
intinges in dictam aquam, quae si applicata ad ignem,  
comburat bombicem, aut telam totam, erit bona; sin minus,  
& tela aut bombix remanserit humida, aqua non est adhuc  
satis depurata, unde, si non sit pura, depuratur reiterando.  
Distillationem praedicto modo, donec perveniat ad suum signum;

Est modum claudere dictam aquam, sic distillatam optime, ut non possit respirare in unum vitrum aut Seliëanum, tantae magnitudinis, ut solummodo duodecima pars ejus remaneat plena aquae, & reliquae deinde partes remaneant vacuae, pone illud postea in balneum Mariae, aut sterëus equinum, quod erit melius, & in hoc stet vitrum, praedictum coopertum, ad hoc, ut possit circulari, relinquendo illud per sexaginta dies, ad minus, & faciendo omni septimana illi novum lectum, con- servando illum calidum, fundendo de super urinam, & spar- gendo sal commune, & similiter, si sit in balneo Marino, fervendo illud in calore, & avertendo frigus, quantum fieri potest, & in fine dictorum sexaginta dierum aperitu- rum vitrum, & senties mirabilem suavitatem & odorem, qui de hac aqua praedibit, si fuerit perfecta, & si non sen- seris talem suavitatem, non erit bene facta, unde in hoc casu iterum fera aut occlude tuum vitrum de novo, & remitte illud rursus in sterëus, aut balneum, prouti antea fecisti, & tamdiu in illo stare sines, donec per- veniat ad praedictam suavitatem odoris, signum tam pretiosum suae puritatis, & hoc facto paulatim & cum anni observatione evadua aquam, & effunde in aliud purum vitrum, et occlude illud optime cera hispanica, aut alia re, ut non evanescat in aërem. Nota bene, haec aqua debet primo tartarizari, et acui cum subtilitati- one sui salis in virtute hujus fontis clari a sua ip- sissima Natura, ut fiat volatilis & spiritualis per ne- cessariam unionem, prouti in secundo libro in clavi- bus reservatis horum particularium arcanorum tibi demonstrabit. —

# Caput II.

Scias fili mi, quod haec aqua sit quinta essentia vini, quae appellatur a Philosophis Mercurius, sive menstruum vegetabile, de qua discurrit Gaius in suo quaestionario, & dicit, Coeleste menstruum definitur sic: istud menstruum est quinta essentia ex vino, & tartaro extractum, cujus materia cum resoluitur, ad actum producitur, aliter vero definitur sic: menstruum est aqua ardens, perfecte radicata, a vino orta, cujus virtute omnia metalla dividuntur, & terra exaltatur in Solem, mirabiliter sua virtute activa, qui vero aliam aquam arbitrentur, ignari & insipientes sunt, & nunquam devenient ad effectum. Haec igitur est illa pretiosa aqua, in qua mediante sua potentia dissolvitur aurum, ut supra praeparatum, sine omni altera admixtione, sed ultra hoc habet hanc virtutem, in curandis corporibus humano, ita ut lingua explicari nequeat, quia habet virtutem extrahendi ex omni herba, & omni vegetabili & minerali suam quintam essentiam, effundendo equaliter partes hujus aquae, super unam partem, de qua cumque praedictarum rerum, quam intra tres horas resolvet, attrahendo ad se suam quintam essentiam, postea distilla hanc aquam, quae secum apportabit illam virtutem spirituales de rebus supra dictis, supra quas fuit affusa, & quas solvit, ex hac aqua, si dederis alicui infirmo solutionem alicujus rei, ipsius infirmitati proportionatam, et in illa aqua solutam intra breves horas operabitur tam mirabiliter, ita ut curari queant omnes morbi corporales a capite usque ad pedes solvendo in hac aqua, sic, ut dixi, medicinas appropriatas illi malo, quod vis curare. —

# Libri quartus

& ultimus.

---

## Caput I.

Maximam importans, & maxima necessaria doctrina hujus scientiæ est, quæ in sua operatione æstima- tur tractatio & regimentum ignis, ex defectu cuius mul- ti non sciendo, se gubernare, inverterunt & destruxerunt: illud rursus, quod bene inieperunt, & non scientes, Regulam hujus Laboris & processûs, culpam dederunt ipsi scientiæ & æstimarunt illam falsam & falacem. In quem errorem ne tu, mi fili, incurras, cum tibi hæc tenus manifesta acrimè clare secreta Philosophorum, volo in hoc tractatu loqui, de Regimine ignium, quamvis antècedenter te sufficienter in suis locis instruxerim, utrone adhuc tibi loquar de tempore, quod requiritur ad perfectam completionem operis, ut tu, si videres rem prolongari, non perdas spem, nec ab opere incepto, & imperfecto desistas labor, rem, sudorem & expensas relinquas, aut abjicias, sed potius pro fine tibi Dabo lumen, & pro ali- quali solatio tibi breviter dicam & explanabo rari- ra nomina, quibus Philosophi appellarunt hunc benedictum Lapidem, & simul loquendo de raris Coloribus, qui in progressu hujus operis conspici- untur, finiam totum hunc Discursum. —

## Capit. II.

Quantum attinet regimen ignis, ausculta illud, quod dicit Avicenna in principio sui operis, fiat ignis temperatus, & duret aequaliter die nocteque, cavendo semper, ne ignis augmentetur aut minuatur, secundo sit ad similitudinem caloris naturalis, cibum in stomacho hominis dirigentis, qui calor continuetur, donec materia nostra Lapideis incipit denigrari, & cum denigratum fuerit corpus nostrum, sive materia nostra erit liquefacta. Unde dicit Bunnellus in Turba: videntes autem nigredinem illam acque immerere, scitote, jam corpus liquefactum, & tunc cavete, ne ignis augmentetur, quia infans, sive compositum, qui tunc vitam habere cupit, extingueretur, & totus spiritus periret, quia hoc opus quodammodo Creaturae hominis assimilatur. Etiam dicit Avicenna Philosophus: cum vero compositum, sive materia nostra denigratur, continuetur ignis eodem modo, donec albedo occulta appareat, & cavendum est valde, ne antequam compositum praedictum, sive materia praedicta incipit dealbari, obliviscatur ignem augmentare; sic per modum inferius scriptum, usque ad apparitionem dietae albedinis, lentus ignis semper est administrandus, finem expectando cum patientia morae, & absque laetitia, & prolixitate, alio modo, quis ad perfectionem operis pervenire nequit. Arnoldus dicit: postquam materia nostra sive compositio pervenerit ad albedinem, mutandus, sive augmentandus est ignis fortioris gradus, sed non ultra modum, sed talis calor esse debet, qui virtutem habeat desiccandi & illo gradu ignis, ut antea decoquatur, donec fiat albius nive, qua albedine

apparente perfecte, tunc habes Sulphur album Philoso-  
phorum, sive perfectum ad faciendum argentum. Rosa-  
nus in floribus Secretorum dicit. Vera nostra solutio non  
est aliud, nisi ut corpus vertatur in humidum & re-  
betur in eo natura argenti vivi, & fiat nigrum, deinde coquatur le-  
vi igne, continuando usque ad perfectam albedinem. Et Tho-  
mas dicit: Philosophi in libris duplicem ignem posuerunt,  
praeceptum siccum, & humidum, ignem siccum vocarunt om-  
nem ignem cuiuscunque rei combustibilis; ignem vero humi-  
dum ventrem equinum calidum, in quo manente humidi-  
tate, manet ejus calor, & non manet majore tempore quin-  
que aut sex dierum, sed ejus calor potest diutius conti-  
nuari per aspersionem urinae mutae cum sale pluries  
supra ipsum projectae: id ipsum dicit in alio loco, ignis  
ventris equi est proprietas, quod non destruat opus,  
sed augmentet propter sui humiditatem, nam alii ignes  
destruunt propter sui siccitatem. Senior Philosophus dicit:  
effodiatur sepulchrum, & sepeliatur mulier cum viro suo  
in ventre equino, quousque sponte injungantur. Alcedo-  
rus Philosophus dicit in turba: Abscondite materiam  
vestram in equorum humido steriore, quia est sapientum  
ignis calidus, & humidus & obscuratus, habens humiditatem  
in se, & lucem benedictam, huic ergo non assimilatur  
alius in modo, nisi ignis naturalis sani corporis, & hoc  
secretum est regimen illorum ignium tale, quod materia  
ad album poni debeat in igne humido, usque ad comple-  
mentum albedinis apparentis in vase, lentus enim ignis  
est humiditatis conservatio. Asthasius Philosophus in  
turba loquendo de igne dicit: ignis lentus spem salutis pro-  
mittit, calor excessivus elementa non acquavit, sed potius

humiditatem dissipavit, & destruxit animam. Antiphorus  
Philosophus dicit: Scitote, quod totum beneficium cuius,  
cunque artis est ignis temperantia, ideo ignem semper  
caveas magnum, ne ante tempus perveniat ad solutio-  
nem, quia haec producet te ad desperationem, unde dicit  
Rosanus: caveas ignis ascensionem, quia si ignis ante  
tempus ascendit, ante terminum fiet rubeum, quod non  
potest, & ad monstrandum certum tempus faciendi ejus  
extractionem dicit: Solutio corporis, & congelatio spi-  
ritus oportet fieri levi igne, id est decoctione levi.  
Etiam Bonellus dicit: per temperatum calorem corpus  
sit suave & conveniens. Maria Prophetisa dicit:  
& calor ejus fit sicut sal in Mense Maio & Junio, & proe-  
dicta Maria in uno altero loco dicit: Nota, quod totum  
Regimen constat in temperie ignis. Hujusque tibi mon-  
stravi cogitationes Philosophorum, qualis debeat esse ig-  
nis, & calor operis in principio, & usquedum perveniat  
ad albedinem, nihilo minus mihi videtur plus secundum  
balneum Mariae, quo ego usus sum loco fimi equini  
cum igne lucernae subtilis, quia iste ignis potest dari  
proportionate, prouti pluries dixi, & te admonui,  
& prouti te instruunt Philosophi ad hoc, ut in hoc bal-  
neo conservetur calor, qui cum majori Regula & mi-  
nori fastidio nunquam tamen deficit in sua necessaria  
humiditate. —

### Capitulum III.

Calor ille, qui convenit operi usque ad albedinem per-  
fectam est diversus ab illo, qui requiritur ad rubedinem  
producendam, quia tunc opus est, ut ignem augeas, et ideo

dicunt Philosophi, quod operi nostro conveniant, duo ignes, id est primus calidus, & humidus, qui est praedictus fimus equinus, aut balneum Mariae. Et alter ignis, dicunt, quod sit calidus & siccus, & est ille, qui fit in furno cinerum, & id ipsum potes etiam facere cum igne Lucernae, qui fit tam potens, ut possit ovum gallinae excludere, & iste est calor, per quem materia primo fit citrina, & postea rubra, & post modum poteris augere ignem ad summum, qui illi amplius nocere nequit, cum totaliter materia sit omni humiditate privata.

## Caput. IV.

Uideatur mihi, quod satis locutus de regimine ignium sim, qua propter veniam ad regimen tempore, quod requiritur ad faciendum hoc opus, quod etiam est varium. Heracles dicit; quod quando materia est soluta in aquam & stat in balneo Mariae, aut fimo equino cum continuo calore tam intenso, ut eo ovum excludatur gallinae cum, inter spatium sexaginta dierum perveniat ad sui corruptionem, & incipiat fieri aqua, & postea continuando dictum calorem fiat ex materia nigra alba, quod ipsum de sexaginta alii dicunt: Sed ego tibi dico, quod totum stet in sollicitudine operantis. Ad faciendam postea solutionem usque ad finem multi cum Phoenice dicunt: quod debeat stare duobus annis, & Daniel dicit: quod debeat stare novem mensibus, & fiat terra nigra, alba, & rubra. Et Avicenna dicit: lapis noster non destitit a creatione hominis per novem menses; & multi alii diversa praefixerunt tempora, nec tibi

mirum videatur, si in hoc fuerunt Differentes Philosophi, quia  
haec Differentia oritur, prouti tibi dixi, ex manipulatione ope-  
rantis, & etiam potest esse, quod varient tempus secundum  
conditiones & provincias, & forte etiam, quod aliqui fecerunt  
annos, ea Decem mensibus, aliqui ex octo, & aliqui ex plu-  
ribus aut paucioribus, & aliqui dividerunt verum annum  
in quatuor partes, & fecerunt solum annum trium mensium,  
& nos constiturimus annum ea duodecim mensibus, solum  
tibi dieo, quod si illi habuissent lumen tam fidele, & clarum,  
quam Ego tibi dederim, absque quo debuisses consumere  
tempus in studiis & diversis probis, usquedum occultam  
Philosophorum doctrinam penetrasses, non fuisses minus una-  
cum illis in hoc particulari discordans, sed totum negoti-  
um consistit in gratia Dei, qui diversi modo & diverso tem-  
pore concessit hanc divinam intelligentiam operantibus. —

## Caput V.

Nota tamen bene fili mi illud, quod dicit Moënsis Philoso-  
phus in turba, qui eos reprehendit, qui de tempore hujus operis  
inquirunt & non volunt expectare eum patientia ejus  
finem autumantes, rem nimium prolongari. Attendite filii  
doctrinae, quilibet nostrum arboris inserens non sperat fru-  
ctus habere, nisi post tempus suum debitum, quare ergo  
vultis hanc mirabilem operationem habere absque proli-  
xitate & regimine continuo, cum sibi in hoc mundo par,  
aut simile nihil inveniat, nec tanti valoris & virtutis,  
& notifico vobis, quia nihil magis dolorem generat in corde

haminis, quam errores in hac arte, dum quis putat, se habere totum mundum, & propter suam impatientiam, & festinationem in regendo, nihil peritus in eorum manibus invenitur. Apporet vobis igitur jugiter compositum, sive materiam nostram terere & coquere & ne vos taceat longa quavis operatio. Quare attendas reprehensionem, quam tibi dant Philosophi, quaerendo cum patientia, non volendo expectare tempus desertum, & audias exemplum seminantis, qui non exstat sperare semen grani in bene cultum agrum, aut terram, licet non speret fructum, nisi post multos menses. Et hortulani, qui non desunt plantare poma, vas & alios dulcis fructus supra alienos truncos, quamvis non aquirat fructus, nisi post tertium annum sui laboris, tamen expectat eum patientia suum praemium per longum tempus, & tu non velles cum minori tempore te applicare operi tam pretiosissimae rei, & si aliquod incepisses, velles desistere, quia non tam subito, prouti velles finiretur, & subito consequi velles finem desideratum. —

## Caput VI.

Quapropter si tu fidi mi sine errore operari volueris, nec propter tempus retro manere, quia ad finem perducas, hanc per excellentem in mundo solum pretiosissimam rem operaberis eo modo, quo tuus amantissimus Pater operatus est, sine reflectione ad tempus, id est, quando habueris selectam tuam materiam & postquam in balneum, aut furnum posueris, fac ut illam ibi contineas in simili calore temperato tanto, ut corrumpatur, & licet incipiat nigra, quia sine hoc

nunquam rem bonam faceres, cum sit necessarium in hoc adimple,  
& dictum Philosophorum, qui dicunt: Corruptio unius est  
generatio alterius, & postquam videris, quod ad corruptionem  
& nigredinem pervenerit, fac ut sit niter calore continuo,  
& tuam materiam non moveas, sed sequere tandem, donec  
videas dictam materiam fieri corpus, & post multos colores  
scindi, diffindi & fieri albam, & fixam sine ulteriori mu-  
tatione: quo facto habebis perfectam primam solutionem &  
congelationem, quam postea denuo resolue, & recongela  
pluribus vicibus praedicto modo, usque dum sit completa, &  
sic si volueris adoperari ad rubrum, postquam materia  
bene fuerit alba, & sicca, mitte illam in cineres, prouti  
similiter intellexisti, in quibus cum augmentatione neces-  
saria stet. ignis tam diu, usque dum fiat citrina, & postea  
rubra, quam deinde solvas & recongelas operando prouti  
superius tibi clare demonstravi, & sic habebis tuum con-  
tentum completum sine mansionem in dubio temporis lon-  
gi, aut brevis, de quo non debes curare, sed cum patienti-  
tia expectare, ut tua materia corrumpatur, & fiat  
corpus, & tali modo fiat, & desiccetur, ut remaneat fi-  
xa sine ulteriori mutatione, & postea cum majore ig-  
ne fiat citrina & rubra, & sic de multiplicatione &  
fermentatione & projectione laborando cum diligentia,  
prouti te docui, cum operatione fies certus de veris  
temporibus, quia experientia est rerum omnium maistra. —

## Caput. III.

Et quia sum intentionis veniendi tandem ad finem hujus  
operationis, tibi volo explicare varietatem Sominum hujus  
benedicti Lapidis appellati, prouti in principio hujus Tracta,

tus dixi, quæpidio Philorum, quia juxta varios effectus, quos in  
demonstratione demonstrat, etiam varie appellatur, prima  
vice, quando materia est soluta, ipsam appellant Mercuri-  
um Philorum, & sperma metallorum, & primam materiam;  
quando prima vice fit nigra, appellant illam terram nigram,  
& corpus immundum, quando postea fit alba, appellant  
illam terram albam mundatam, & aliqui appellant Avim-  
et metis, id est experimentum Philorum; & aliqui appel-  
lant aërem, & aliquoties appellant Sulphur Philorum, &  
quando est rubra, appellant ignem & corpus complexionari-  
um, & sic semper variant, & mutant nomina, quæ illis  
tandem illam ignorantibus, & illi dant omnia nomina, quæ  
illis placent, propter tot mutationes, quas facit, antequam  
reducatur in corpus diffinendo se, & finaliter fiat alba,  
& in sua circulatione faciat diversissimos colores, quos  
dicunt Philosophi, & ipsi effectus me docuerunt videndo  
diversitatem tantorum colorum, quantos sibi homo ima-  
ginari potest: in particulari autem sequuntur hic speci-  
ficati colores, unus post alterum, id est niger, albus, viri-  
dis, obscurus, violaceus, purpureus, flavus, citrinus &  
ruber, et sic diversi illi colores, quos narrare longum  
esset. —

## Capit. VIII.


Et quamvis dictorum colorum mentionem fecerim, non tam-  
men debes eos curare, nec eorum operationes, sed solum atten-  
dere operationem trium colorum, principalium, id est nigrum,  
album & rubrum, & scias, quod omnes colores, quos tibi di-  
xi, appareant post nigrum, sed quando veniet albus & postea

ruber, non veniet alius, quam citrinus, qui est principium ru-  
bri, & quando factus est ruber, tanto plus fit, quando non am-  
plius mutat colorem, & quo magis materia fit rubra, tan-  
to magis melioratur, & perfectionatur, alii ea spllicant, &  
distingunt colores huius lapidis, in quatuor colores prin-  
cipales, cum sit composita ex quatuor elementis, id est,  
terrâ, aquâ, aëre & igne, sic fit primo niger, utpote ap-  
propriatus color terrae, postea, albus appropriatus color  
aquae, postea citrinus aëri, dein ruber igni. Et scias,  
quod haec materia sit valde amica numeri quaterni; unde  
aliqui ideo Amalgamarunt & selexerunt, quatuor vicibus,  
prouti superius diximus hunc numerum & plus perfectus  
omnium est plus completus, & reducendo illum in figuram,  
est justissima figura totius Geometriae; de his coloribus  
igitur variae explicationes Philorum castrant, sed haec non  
debet curare ingeniosus artifex, sufficiens illi, ut non so-  
lum obtineat tres supra denominatos colores, id est nigrum,  
album & rubrum. Ultimum & primum omnium redder-  
do te certum fili mi dilecte, quod cum ego manibus meis  
laboraverim & viderim hos colores, non solum hos tres,  
principales, sed etiam reliquos infinitos viderim, & in  
annis supra millesimum, quingentesimum, octavo, &  
nono, & etiam ultra millesimum quingentesimum  
vigésimo secundo, sicuti in vigésimo tertio profecerim,  
& reduxerim omnia pro gloria omnipotentis Dei ad  
summam perfectionem. —

## Capit. IX.

Quam ob rem hisce fili mi habes brevi hoc compendio  
claro & manifesto secretum secretorum tantopere

occultatum ab omnibus Philoſo; Conſerva illud igitur & cuſto,  
di cum illa Diligentia & reverentia, quae ad tantum nego-  
cium requiritur, ut non perueniat in manus inſipientum;  
cum in eo contineretur perfectiſſima res totius mundi, lau-  
dando, & gratias agendo Datori omnium bonorum Domino  
Deo noſtra, quod te dignum fecerit intelligere mirabile ma-  
giſterium huius artis, & teneas mente ſemper illud, quod ti-  
bi dixi, & de quo te admonui, id eſt de timore Dei, &  
amore ſui ſancti nominis, & bono propoſito, ut ſis bo-  
nus Diſpenſator ea operato erga pauperes, & egenos, &  
in omni alio opere, ex quo honor & gloria Dei naſci-  
tur, adhortando te etiam, ut priuſquam incipias aliquid  
operari in hac materia, primum ſemper recurras  
ad unam bonam deuotam & cordialem orationem,  
cum qua impetres a Divina Maieſtate, Dona-  
trice infinitarum gratiarum, ſupra omnes creaturas  
humanas gratiam perficiendi pretioſiſſimum & bene-  
dictum hunc Lapidem; Laudetur ergo Dominus  
Deus noſter Pater, Filius & Spiri-  
tus ſanctus, per omnia ſaecula ſae-  
culorum. Amen.



# Tractatus II,

In quo declarantur occultissima  
Arcana matris Naturae Philae  
nostrae.

In Nomine aeternae trinitatis  
Patris & Filii & Spiritus Sancti  
Amen.

---

Quam felix es! O tu, qui potuisti adlectionem  
hujus generalis clavis accedere! Lector, terque quidem, quater  
que beatus, nam quae secretissima ab antiquis tam Aegypti-  
torum, Arabum, quam Caldaeorum, Assyriorum & Graecorum  
regibus obscurati commentata tradita sunt, maxime vero quae,  
quae a Haimundo Regi Edwardo, qui quidem itaque observando  
suam obligationem dictum Regem maximo suorum arcanorum  
cum illis reservatis & juramenti obligatorio participem facere  
voluit; sed tamen cum omnibus suis longis & laboriosis circum-  
scriptionibus sui pretiosi caeli & incorruptibilis quintae Es-  
sentiae, aut spiritus Divini infinitarum miraculosarum vir-  
tutum dotati & pleni mediante, cujus ardente potentia, sub-  
tilitate & spiritualitate per artem nostram ad debitum He-  
mifer ignis, circulationem, subtilisationem, digestionem, putre-  
factionem & separationem partium sterilium & damnata-  
rum, & in fine per necessariam manipulationem ille spiritus  
pertingit, ad tantam sublimationem extremam, unicam &  
incomparabilem virtutem dixit, nihilominus nihil dixit,  
quam vanitatem respectu illius, quod cum brevi discursu  
sine magnis laboribus & operationibus conjunctim cum tantis

in finitis ingredientibus simplicium gemmarum & lapidum dicere  
potuisset; quia si voluisset revelare verum Arcanum omnium  
Arcanorum, potuisset concludere eum primo & ultimo extremo  
omnium suarum specificatarum experientiarum & factarum  
in virtute hujus pretiosissimi Menstrui. Sed hic Haimundus  
occultavit, & sibi soli reservavit clavum majorem hujus divi-  
nae operationis. Sicut observandum est, quod in prima compo-  
sitione sui spiritus, quantum ille attingit spiritualem tuam ar-  
dentiam, ille debeat confortari cum Sale tartari aut Sale Ar-  
moniaci nostro, attribuendo illi nomen aquae foetentis, ad vocan-  
do illam ad conjungendam animam cum spiritu, sine qua  
spirituali unione est impossibile, ut dictum menstruum aut  
Coelum Haimunci perveniat ad allegatam suavitatem odoris,  
aut mellifluitatem, utpote signum suae ultimae perfectionis,  
& cum sit certissimum, quod nulla res possit dare plus, quam  
in se contineat, quomodo ergo erit possibile, cum non per-  
venerit medium ad perfectionem, & possit reduci una materia  
a matre natura ad summam perfectionem, aut corpus  
incorruptibile fixum ad summam spiritualitatem, utique  
etiam notandum, quod in fine supra dictae Donationis Hai-  
munci, in qua ille ultimam suam medicinam appellat coro-  
nam caelestem, conjungat primis extractionibus infinitarum  
variarum ingredientiarum spiritualem suam solutionem cor-  
poris aurei facti in virtute pretiosi sui Coeli, mediante qua  
unione extollit ad tantam virtutem & dignitatem nominis  
suam medicinam; sed cum hac unione, & mixtione decepit  
regem Edwardum, qui ipsum noluit reddere eapadem verae,  
simplicis & realis separationis sui corporis Philosophiae  
saluti, per pretiosum suum Coelum, sive Menstruum, cum  
partes illae solae sine omni alia re potuissent supplere vias  
omnium virtutum tantarum infinitarum mixturarum. Ne au-

autem ille pertingat, nec habeat puram, & sinceram spem  
sive spiritum solis, idcirco voluit onerare rebus extraneis  
sua praedictam solutionem, mediante cuius conjunctione ipsi  
subtulit modum, & scientiam ulterius progressus.

Ego autem, charissime fili, te, tanquam sincerissimus parens  
faciam ita capax per medium, & in virtute sequentis clari  
luminaris, & partialis sive clarae declarationis hujus secundum  
di libri, per quam tu fies patronus, & participes non solum  
annuum reservatorum arcanae, a Huius mundo, sed etiam  
quae ab omnibus Philosophis unquam fuerunt occultata,  
& sibi ipsis reservata, ita quidem, ut omnia secreta illorum  
mediate scias, & agnoscas. Hoc tantum interest, sicut te  
saepius monui, ut tanto thesauro perfide non abutaris.  
Vale? —

Tractabo primo de clavibus reservatis in primo libro & claro  
luminari, quomodo fiat benedictus Lapis noster vegetabilis Huius  
mundi Lullii. Nota igitur, ubi liber tractat de acquisitione  
spiritus, qui necessario debet esse tartarizatus cum suo sa-  
le subtilifato & facto volatili cum illo claro fonte suae  
propriae naturae, sine qua spiritualitate nunquam se uniret  
spiritus cum sole, & non posset facere perfectam solu-  
tionem, nec tam brevi tempore unquam attingeret in debita  
sua circulatione necessariam suam fragrantiam, melliflui-  
tatem & suavitatem odoris, facies & procedes, prout sequitur.  
Recipe de ipsissimo Tartaro vini vermiglio, de quo fecisti a-  
quam tuam ardentem & iuxta usum commune in debito  
vaso cum suo cooperulo bene lutato, pone illum ad ca-  
limandum in fornacem vitream aut figulinam relinquen-  
do tam diu intus, usque dum in perfectam albedinem perveniat,  
quem postea pulverizabis & pones in locum frigidum & hu-  
midum supra unam tabulam marmoream, aut saccum filtri

cum suo vase supposito, qui sic solvetur in aquam. Accipe  
hanc aquam, postquam eam saepius filtraueris, & iam fuerit  
clarissima & pone in Vitruali, aut ventosa supra cineres  
calidas, ut evaporet aqua & remanebit oleum, in continua igni-  
nem suaviter, & oleum totum congelabitur in salem albidissimum  
& acutissimum, & postquam salem habueris, conserua illum  
in vase vitreo & loco humido, habeas dein acetum fortis-  
simam & acerrimum similiter ex vino Vermiglio generoso  
factum sine confectione aut mixtione distillatum per  
quatuor vices, & abiectione semper primi phlegmatis,  
& nota, quod ejus distillatio vadat in contrarium vi-  
ni, in quo in principio salino erunt spiritus ardentis,  
accipe dein tuum salem & pone illum in ventosam pa-  
rum ad dictam corporis supra fornacem cinerum &  
infunde supra illum salem tantam acetum distillati suc-  
cessive, quia in fectendo salem acetum incipiet sal-  
tare in altum, & quando erit placatum, & non amplius  
bulliet, infunde tantum, ut acetum uno digito supernatet  
super salem, tunc da ignem carbonum, & suaviter faci-  
endo evaporare acetum, quando de novo inuenies conge-  
latum & exsiccatum tuum salem, sine illum refrigerari  
per se supra ipsissimum furnellum, & quando erit frigi-  
dus, repetas de novo ipsam successine, prouti antea fecisti  
cooperire eum novo acetum, & tot vicibus facies istam  
reiterationem usque dum videris, quod in congelatione dic-  
ti salis compareant certae strimae, lucidae, in forma  
naturali sublimati Mercurii & tunc erit perfecta tua qua-  
litas ad veniendum illum cum spiritu & pro majori tua  
securitate, quod nihil desit, & in nullo erro, facies se-  
quentem probam: Accipe parum hujus salis, & mitte

illum in ventosam, supra carbonem, & videbis, quod in secundo gradu ignis incipiet solvi in oleum, in contrarium prouti faciebat in principio, quia, quo plus ignis illi caretur, tanto plus siccaretur, sed jam factus, prouti esse debet, non amplius desiccatur, sed semper fluit & de hoc sale adjunges unam unciam, quatuor uncias aquae ardentis, prouti liber clare te docet, pellendo illum prius duabus aut tribus vicibus per alembicum unitum simul cum spiritu. —

Nunc igitur nota secundam clavim, cum qua facilitabis tuam solutionem, antequam conjungas sallem cum spiritu ardente; accipe tuum preparatum aurum, id est, terram rubicundam impalpabilem ablutam & impraegnata cum spiritu universalis, prouti ars requirit. Accipe de tuo sale competentem & pondus de terra, prouti liber te docet, & supra lapidem porphyrium, aut in mortari vitreo teres omnia simul, & videbis, per potentiam & activitatem hujus salis spiritualis, reduci tuam terram in oleitatem simul cum sale, & hoc facto claude ea in pellicano, & fac ea circulari per illud tempus, quod te liber docet, id est usque ad illud signum suavitatis, odoris, & inuenies te fecisse philosophicam solutionem & habebis tuum pretiosum coelum completum, & in fundo vasis remanebit terra sterilis & damnata, septa. Dein coelum clarum a terra cum subtilitate & attentione, & serua illud in vase vitreo optime clauso, ut non evanescat per aërem, quia omnia sunt spiritus tam coelum, quam corpus aut terra, quem tenet in ventre suo spiritualiter & philosophice solutum, quando opus requirit.

Quantum ad manipulationem & separationem tui coeli à terra non opus est, ut tibi aliud quid dicam; sufficit, ut per alembicum Herortae cum suo recipiente bene clauso, in balneo Mariae pellass, & repellas tuum coelum tot vicibus, usque dum potentia

caeli debilitetur, & tua terra in eo soluta se ponat inspissata,  
oleosa, redeundo retro in forma pluviae, & maneat tua solutio  
in fundo Retortae cum suo recipiente, & caelum tunc transibit  
insipidum in recipientem, relinquendo omnem suam virtutem in  
oleo, & tunc habebis perfectum tuum Mercurium Philosophicum  
tam pretiosum sicuti tiber, qui sequitur clarum ejus lumen  
declarat. Haec est ejus clavis major numeri quaterni, si  
ne quo arcano naturae consumeres longissimum tempus in  
formanda tua solutione, aut Mercurio Philosophico, Corpore  
aut Lapide, & fixum non fieret volatile, nec volatile  
deveniret fixum, cum consistat in observatione nu-  
meri quaterni, abbreviatis, quia in quarta congelatione  
intrat Tincturam per medium intrinseci caloris, quem  
in se contineat tria corpora in uno inseparabiliter  
conjuncta, quae in propria virtute sine igne materiali  
habent fortitudinem sudandi, se calefaciendi & conjun-  
gendi in corpus. —

Nota igitur bene, quod tibi dico, quando habebis inclusum tuum  
Mercurium Philosophicum, qui potest nominari verus sudor  
pretiosissimi Lapidis in suo oco Philosophico, & per medium  
debiti sui ignis regiminis transierit per suam corruptio-  
nem, & nigredinem, ubi tot varii colores apparent, debes atten-  
dere, quod quando tua materia apparebit, quasi in forma arc-  
tus caelestis, aut erit tota cooperta superius nigredine, &  
non faciet amplius oculum in medio, sed totaliter erit cooper-  
ta, & abducta. tunc extingue tuam lucernam, quia si non  
observaberis hoc tempus, de novo evalescent colores & re-  
sibit tua materia in primam nigredinem, & incipiet de  
novo circulari per aliquot dies, antequam veniat primum  
signum, & multi, qui non sciverunt, observare hoc tempus,  
prolongarunt opus, dicendo, quod pluribus vicibus post varios

colores fiat nigra, antequam faciat, & compareat oculus galli  
in medio; quam ab rem accurate procedas, & videbis mirabilia  
naturae, quia sic in frigore per quatuor dies continuos visi-  
biliter videbis eam laborare in propria virtute, & se restrin-  
gere, ut supra dictum. Post finitos quatuor dies rursus ac-  
cendas tuam lucernam, & subito incipiet liquefieri, & de no-  
vo fluere, continua per ipsum numerum quaternum ig-  
nem lucernae, et ejus finitis estingue de novo, & sine  
eam laborare cum proprio elemento ignis sui intrinseci.  
post quos finitos quatuor dies de novo accende lucernam,  
& sic facies quatuor tuas congelationes in frigore, & so-  
lutiones in calore, & debes scire, quod per primas tuas  
congelationes permaneat tua materia, in nigredine, &  
in tertia autem fiat lucidissima prout chrysellum,  
aut subtilis glacies, & in quarta congelatione, post-  
quam se restringere finiverit, sicuti antea apparuit  
chrysellina apparebit lucidissima, seu splendidissima,  
sicuti radii solares, cum centum mille stellis naturalibus  
assimulantibus se auro foliato, & scias ulterius, quando  
quinta vice accendes lucernam tuam, non tardabit media  
die, & tuum corpus corruptum, & totaliter dispositum ad  
novam generationem incipiet fieri volatile, et saliet in  
altum usque in summitatem colli, ovi tui Philosophici,  
& redibit descendendo in terram ad formandum se bene,  
dictum Lapidem in centro tui ovi, in forma Graminis cum  
giris & motibus supernaturalibus & non possibilibus ima-  
ginari cum mente humana; sine dubio ideo, & in eum fi-  
nem, ut melius cognoscatur potentia Divina, utpote parens  
naturae, quae dignatur concedere pauperi uni peccatori  
imitari occulta ipsiusmet naturae, quo sine misericordi

Consensu suae divinae infusionis & illuminationis non est  
possibile unquam peruenire, & vias pariter securas, quae  
neque potentia, diuitiae, fortitudines, scientiae & doctri-  
nae humanae, multo minus violentia nihil possint ipso  
facto in hoc Divino arcano. Sit itaque semper lauda-  
bilis aeternus & magnus Deus Pater & filius &  
spiritus sanctus, qui nobis valuit relinquere per  
lumen hujus divinae operationis & intentionis matris  
naturae unquam talem materiam, quae pro figura potest  
esse, sine offensione sanctissimae trinitatis, aeternitatis  
conjunctae in uno solo Deo, & similis esse tribus per-  
sonis, habere tres facies in uno solo corpore, Des itaque  
supremae Deitatis trinae, & unius gloriam. Ex infini-  
tis & in variis linguis impressis & manu scriptis no-  
tis ab antiquis, & modernis cum hac divina scien-  
tia dotatis & illuminatis Philosophis, utique degisti,  
& relegisti, eam quantis varietatibus nominum occulto-  
rum sensuum per metaphoras, & figuras, quae sciverunt oc-  
cultare Lapidem, sive non Lapidem aut primam materiam,  
de qua incipere debemus.

Nota bene, & adverte, sed non intelligendo primam origi-  
nem, de qua ipse fuit generatus, cum in hoc tempore haec  
huc non sint actualiter conjuncta quatuor elementa, nec  
multo minus a matre Natura & concordantia influen-  
um caelestium Lapis, aut Mercurius & Sulphur nostrum  
reductum ad summam condensationem, & hac de causa di-  
xerunt, quod ingeniosus Artifex debeat incipere ab una  
re plusquam perfecta, quae est ex complexione sua  
incorruptibilis, & non contineat ullum elementum,  
imo in potentissimo permaneat immutabilis ad instar  
Salamandrae, & loco destructionis aut acquisitionis ali-


Cujus maculae magis elucet, prouti radii ipsissimi Solis,  
& sic habes, quod observes pro praeepto, ut incipias ab  
illa parte, ubi mater natura cum influentis planetarum  
& arcanis viscerum terrae determinavit, ad ultimam per-  
fectionem suum cursum, id est noster Lapis, qui nobis  
servit pro materia prima, & hoc est f verum & solum  
fundamentum tam incorruptibilis operationis & altis-  
simae fabricae. —

Sola bene, Raimundus Lullus nominat Originem & ul-  
timum finem nostri Lapidis, per nomen duorum extremorum,  
id est ultimum & primum extremum, & quamvis lapis no-  
ster sit una res, sola sine ulla mixtione rei extraneae,  
aut alienae, tamen prima ejus origo, prouti etiam ultimus  
finis suus non abs re appellatur, cum nomine Chaos,  
propter primam potentiam generalem & universalem ge-  
nerativam, quam in se continet tam bene, tunc magis,  
quando pervenit ad suam naturam & perfectam aetatem  
posse multiplicare & praerogare suum simile, prout li-  
ber te plane docuit, nihilominus viae sunt diversae  
& differentes una ab altera; quae propter Lapis mutat  
& variat nomen & formam, sed nunquam speciem, quam-  
vis in aliquot locis appellatur Lapis, vegetabilis, & etiam  
animalis, cum sint multi alii Lapidis, qui dependent tan-  
quam rami ex planta aut pede majori. Nunc igitur  
nota bene causam, quare et quali modo formentur  
isti differentes Lapidis, qui in semet ipsis sunt uni-  
cus & solus, jam ergo superius dixi, quae sint variae  
viae, per quas potest perveniri ad philosophicam de-  
structionem nostri Lapidis, & non alium effectum, quando  
multi se ipsos decipiunt, quod separentur quatuor ele-  
menta in ipso Lapide perfecte conjuncto, quia in substan-


lia sua remanent semper a principio operis, usque ad  
complementum & ultimam elementationem corporis spiri-  
tualizati unita. Intellige igitur principalem causam me-  
riorum terminorum, quibus a saeculo in saeculum post in-  
finitos saeculos, & longas experientias usi sunt investigato-  
res hujus Divinae scientiae. Nunc igitur nusquam ea ori-  
ginali libro & lumine intellecti, quomodo per medium  
unius menstrui debeat esse facta destructio, sine solu-  
tio & corruptio ad novam formam generandi lapidem  
nostrum, cui aquae menstruali dederunt diversissima  
nomina, aliquoties illam appellant menstrum vegeta-  
bile, & herbale, aquam ardentem, spiritum divinum tarta-  
ritatum, vel de tartaro abstractum, Caelum, Zaimundi  
Zulli, vitriolum naturae, acetum acerrimum, fontem  
clarum ipsiusmet suae naturae, aquam aut menstruum  
factens, materiam vilem, Draconem devorantem cicor-  
do in aliquibus textibus, quod salia sint principia o-  
peris, nominando illa aurum complexionatum, aquam per-  
manentem, menstruum corruptens, aquam Mercurialem,  
spiritum universalem, aquam caelestem, sperma metal-  
lorum, primum & ultimum extremum, Zenem, qui man-  
ducat & devorat suos filios, Leonem viridem, electuari-  
um naturae, & in fine Chaos germinans in suo simili. —  
Separemus itaque hanc confusionem nominum de aquis men-  
strualibus, ex qua varietate nominum, ut non specificent,  
ad eandem compositionem unum, aut aliud servit, obsus-  
cant intellectum illorum, qui non habent verum lumen, &  
cognitionem specifièi quod inserit tam ad primam aper-  
turam & solutionem nostri Lapidis, quam etiam ad ulti-  
mam elementatam suam formam, & incipimus de lapide  
vegetabili, tanquam nobiliori, ut in hoc modo clare videbis,

propter quam eandem Lapis variat & mutat nomen.  
 Sufficiens & abundanter ita quae tibi declaravi, quando Cae-  
 lum Raimundi Cullii non sit compositum ex alio, quam ex  
 aqua vitae perfecte rectificata, & exorta cum suo sale, cum  
 illis observantis, necessariis, quae requiruntur, & cum hoc  
 caelum sit compositum ex rarissimo & spirituosissimo  
 vegetabili, quod inter omnia vegetabilia invenitur, &  
 habet potentiam reduendi etiam cum circulatione sua  
 ipsum Lapidem nostrum in spiritum, ex quo cum pro-  
 gressu temporis & mediante necessario regimine ignium  
 formatur nostrum Elixir, & medicina magna, quae eti-  
 am ob hanc causam in ultima sua elementatione no-  
 minatur nomine appropriato sui menstrui, id est lapis  
 vegetabilis. Adverte igitur, quod per compositionem huius  
 us caeli non comprehendantur, nec intelligantur alia  
 nomina menstruorum, aut aquarum menstrualium, quam  
 haec sequentia: id est menstruum vegetabile, aqua ar-  
 dens, & spiritus, aut quinta essentia vini tartarizati,  
 vel de tartaro abstracti, aqua caelestis, id est caelum Rai-  
 mundi Cullii, ignis, aer, aqua & terra, acetum acerrimum,  
 fons clarus, ipsiusmet naturae. Nota menstruum caele-  
 ste, & spiritum universalem pro ablutione & impraeq-  
 natione tuae rubicundae (nota ad faciendum volati-  
 lem, & spirituale, dispositum, & complecionatum saltem  
 ad auctorem & unionem alias nullo modo se coniungit)  
 & impalpabilis terrae, & adverte, quod Raimundus in  
 sua tabula alphabetica Cadielli declarat pro primis  
 principis.

Primum principium.



secundum principium.



in hoc passu non opus est veritate, dicam, aut faciam aliam ex-  
plicationem, sed solum manifestare tibi debet illud, quod. Huius  
mundus vult significare de natura visibili, teneas igitur mente,  
quia tibi tractabitur de formatione Lapidis mineralis, te fa-  
ciam capaxem illius, quod vult inferre, & videbis, quod tam in  
nostra prima materia, sive Lapide, quam in materia universali,  
& grande Chaos minerali cum ipsissima matris natura unita  
inveniatur, & sic solum nomina aquarum istarum menstrua-  
lium pertinent ad reducendum Lapidem nostrum in primam ma-  
teriam, quae est noster Mercurius Philosophicus per medium eius  
formatur. benedictus Lapis vegetabilis. sequitur nomen aquarum  
menstrualium per medium, quarum componitur lapis. dictus ani-  
malis, id est aqua aut menstruum factens, Draco devorans, ma-  
teria vilis, immunditia, quae projicitur in vias, resque ubi in-  
venitur, & advertas, quod in hoc passu multi maneant deccepti,  
credentes, quod Philosophi intelligant, quod nostra prima materia,  
aut ex aqua componitur, Lapis proveniat, ex materia absurda,  
& vili, & quaerunt, & defatigant se ex stercore & menstruis  
foeminarum facere aurum, & quamvis hi tales errent con-  
tra naturam, & clara praeccepta hujus Divinae operationis  
nihil aminus, cum licentia vestra, ut non pro Grobiano, turpi-  
loquo & licentioso habeat, volo me declarare, sed tamen  
conditionaliter in favorem horum amentium cattenatorum,  
non negando ex integro, quod in stercore aut foetibus cor-  
poris humani non possit inveniri, aut extrahi aurum, &  
etiam ipsa nostra prima materia, sed advertite bene, quia

oportet, ut aliquis illorum plus deglutiret bonas, & magnas  
partes finissimi auri, & tunc secrete, & sine omni dubio absque  
que artificio Philosophico, & influentiis caelestibus, & con-  
cordantiis planetarum, & arcanis viscerum terrae virtus,  
si, & magni Chaos universalis, sed solummodo naturaliter  
caerent aurum unitum cum ipsissimo Lapide. Quare  
Debes scire, quod loquendo de menstruo foetenti, materia  
vili & modico, aut nullo pretio valent inferre, & loqui de  
mediis terminis, qui debent aperire, destruere & salvare  
nostrum lapidem, & cum sit compositum hoc menstruum  
ex talibus extractis ex stercore & urina humana, ar-  
tificioso tamen est potentissimum, & tam acutum ac  
caetens, licet sit albissimum, quod in odorando illud to-  
lat quasi respirationem, jam si scire cupis, quomodo re-  
ducantur haec salia in menstrua foetentia, legas testa-  
mentum Artesii, & invenies clare, quomodo procedere  
Debeas in calcinatione corporum metallicorum, & quod  
per viam putrefactionis, id est caloris humidum, haec salia  
salvantur in aquam, nam in vincto illam, quae transit  
per alembicum, illorum menstruum est illud, quod manet  
aqua permanens, reiterando toties dictam aquam supra  
illud, quod remanet, usque dum totum transeat; & hoc mo-  
do per semet ipsum acuitur, & fit spiritalis, sequere  
ergo hunc stylum & regulam, & facies per medium hujus  
menstrui animalis foetentis perfectam solutionem Phi-  
losophicam tam bonam, & efficacem, quam cum menstruo  
vegetabili, aut minerali, quamvis in principio illi desit  
virtus, & pretium, usque dum ad ultimam suam sepa-  
rationem perveniat, in qua remanet privata omni ma-  
lignitate auri, & humidate extranea, id est mercurii Phi-  
losophici. In hoc modo igitur causante originem tuam so-

lutionis tui lapidis, acquirat nomen animalis, & nota, quod in  
fine hujus tractatus tibi patefaciam compositionem hujus  
aquae, & quomodo uti debeas hoc sale pro acuitione tuae a-  
quae appellatae à Fraimundo Lullio aqua factens, sive  
sal armoniacum nostrum, pro confortatione illius, & etiam  
menstrui vegetabilis, pro uti inferius intelliges. Sequuntur  
nomina menstruorum, quae pertinent ad formandum Lapi-  
dem mineralem. Et non sim prolixus cum repetitione  
variorum nominum menstrualium poteris scire ad  
ea legenda in antecedentibus specificationibus, & ubi  
dicitur, quod salia sint principium operis, id tibi dixi,  
quod in testamento Artesii sis inventurus, quomodo  
siant illa salia, ex quibus componitur menstruum, id  
est ex primis duobus luminaribus, sale & luna, ex qui-  
bus Lapis formatur, & hoc est illud, quod Philosophi di-  
cere volunt, quod in compositione Lapidis nostri non intret  
res extranea, aut aliena, nec varium, quod totum destruit ex,  
trahendo illi ex ipsissima nostro lapide, albo & rubro, aquam  
menstrualem per spiritualem solutionem, & reductionem in  
primam materiam, sive Mercurium Philosophicum, & hoc  
modo sine omni admixtione cum iisdem regiminibus ig-  
nium, quae necessario observari debent in Lapide vegetabi-  
li, datur forma completa Lapidi minerali. Non uale  
intermittere, antequam tibi declarem altera menstrua,  
quae proveniunt, & suam originem ex mineralibus tra-  
hunt, & sunt, quasi una, eademque res, quia in uno corpo-  
re, & massa unita reperiuntur, te reddere capacem, quid,  
nam sit spiritus, aut menstruum corrumpens, sperma me-  
tallorum. Nota igitur, quod hoc extrahatur ex Saturno,  
reducendo illum prius totum in salem, postea in aquam cum  
tot reiteratis distillationibus per retortam, usque dum  
hacc aqua de novo congeletur, & non ulterius transcat,

quae congelatio in forma terrae appellatur, semen masculinum,  
in quam seminabis tuam rubicundam & impalpabilem terram  
aurcam, regendo te cum regulis universalibus regiminum ignis,  
& scias, quod hoc menstruum habeat qualitatem majorem re,  
liquis omnibus corrumpendi intra breve spatium, aut tempus  
tuum corpus, aut Lapidem, ab quam causam multi appellant  
Saturnum, aurum Leprosum, cum sit metallum sat impurum,  
crudum, & indigestum, licet habeat maximam tincturam sola,  
rem in se, & sit dispositissimum ad realem transmutatio-  
nem, & cum sit hoc sal, aqua & semen Tres malignissima,  
propterea cum viva ratione declararunt Philosophi, quod in  
principio sit summum venenum, & in fine perfecta medicina. —

Nunc igitur in fine hujus tractatus te docebo, quomodo converti  
debeat Saturnus in Salem, sine calcinatione ignis, prouti istud ma-  
gisterium requirit. Nota etiam, quod hoc menstruum a Philoso-  
phia appellatur Senex cum habitu Criseo, qui devorat suos fi-  
lios. Venimus ad declarationem reliquarum sequentium aqua-  
rum, menstrualium, id est, quidnam sit aqua mercurialis, Leo  
viridis, vitriolum naturae, electrum naturae, materia uni-  
versalis, primum extremum, & in fine illud Chaos germinans  
in suo genere. Scias, quod sint duae aquae mercuriales, una  
facta per artificiosam solutionem ipsiusmet Mercurii vulgi,  
& alia, quam nobis ipsa mater natura in visceribus terrae  
prorripit, prouti infra intelliges: prima non seroit, nisi ad  
opera particularia, sive tincturas, quae non <sup>ha</sup>beat multipli-  
cationem, & minus fermentum, & non amplectuntur in pro-  
jectione sua, nisi certam praecipuam quantitatem. Ratio au-  
tem est ista, quia intrat in principis talis compositionis,  
sive solutionis, aliquid de nostro Lapide, quod in fine no-  
stri lapidis totaliter elementati tibi debet servire ad  
dandam animam ingressivam, & multiplicativam, post-  
quam in unione per debitam & necessariam destructionem  
nostrae primae materiae ipsa aqua Mercurialis, quae debet  
esse quatuor partibus plus aliis menstruis in reiteratione

Distillationis major pars ejus conjungitur cum nostro lapide simul, aut terram impalpabilem inspissatam, oleosam, & remanet hoc modo medicina impraegnata, & abundanter saturata ex partibus mercurialibus, quae non potest cum sit a principio suffocata, & onerata aquam cum multa farinam, recipere ulterius rem allevationem aut incrementum, nihilominus in quantum se extendit eorum virtus, similes medicinae finitae, & determinatae habent aliquid, quod est sub ingressu barbariarum nostri Elixiri, & magnae medicinae universalis, prouti originalis liber te docuit, quemodo fiat haec aqua Mercurialis, ubi ultimo tractabitur de sale, menstruo, corrumpente, terra & semine masculino, ac Saturno, ubi etiam de uno & altero claram faciemus mentionem & distinctam. —

Nunc nota & aperi aures, & considera bene cum oculo intellectus illud, quod tibi volo communicare in sequenti capitulo, quod nunquam ullus Philosophus declaravit, & scias, quod reliqua omnia superius specificata nomina, & quae sequuntur post aquam Mercurialem, ubi incipiat verbum Ter videlicet omnia illa sint, & reperiuntur in una sola re unita, id est in saepius dicto Chaos, quod finaliter non est aliud, quam illa gloriosa & unctiosa terra, productrix omnium bonorum & ex hoc infinito thesauro, postquam illud semen, quod in illa seminabis per mirabilem potentiam, universalem generativam, quae illa in se, & per semet ipsam tenet, habet potentiam faciendi germinare, prouti perfecte producit ipsissimum lapidem, nihilominus non utimur dicta terra pro alio, quam ad extrahendum Terminus cum artificioso Magisterio, & suam aquositatem, unctuositatem, & primum suum ens, quia si vellemus ea uti ad compositionem Lapidis, illa sola, sine ultimo suo perfectionato & maturo fructu, quia non inveniuntur active in illo suo primo esse, visibiliter & corporaliter conjuncta quatuor elementa, prouti antea, ter in hoc tractatu tibi sufficienter recensui, & tali modo

non sufflueret *una*, & plures vitae hominis ad terminandum opus,  
propterea saluado prouti dicit nobis seruit pro debito, & necessa-  
rio medio suum principium; nota primum extremum, & ad finem,  
cum in breviori tempore operis nostri perfectum finem, nota ulti-  
mum extremum, quae res non appellatur alio nomine a nostris, quam  
Mercurius, & Sulphur, hic liquor est primum Ens, extractum ex  
virtuosa, & unctiosa terra, quae rumpit aspa, frangit, dividit, sol-  
vit, & solutum resoluit, omnia corpora Metallica sic cruda, im-  
perfecta & indigesta, reducendo illa in illorum primam materiam,  
ex qua originem habuerunt ista, & secunda aqua Mercurialis Phi-  
losophica tam occulta & reservata ab omnibus. Gestat ut tibi  
declarem, ubi inveniatur haec benedicta terra, quae sit minus,  
aut plus perfecta, & quomodo procedi debeat in hoc mirabili Ar-  
cano Naturae, & reuera cum reverenti tremore animi admira-  
ri debet, divina potentia ipsi a summo motore concessa, qui  
sit. laudatus in saeculum saeculi Amen. —

Quare est notandum, quod perfecta terra, quae tibi debes accipi  
debeat ex minera, quae producit finem salem, & quo proximior  
fuerit semini <sup>coelo</sup> ~~terrae~~, id est, ubi videntur grana auri, sed dura  
& sparsa <sup>supra</sup> ~~terra~~ <sup>supra</sup> ~~terra~~, terram aut arenam mineralem, illa est mag-  
is perfecta, quia & reliqua terra nigrior, ponderosior, limo-  
sior & unctiosior, & sufficit illa, quae inveniatur, ubi non est  
Mercurius vivus, cum non sit matura ad congelandum & fi-  
xandum non valet. — Adjunge te igitur partibus perfectiori-  
bus & fixioribus. & modo, quomodo extrahatur Aquositas & uncti-  
ositas reducendo illa in suum primum Ens, quae est aqua nostra  
Mercurialis Philosophica Regularis, & gubernate, prout se-  
quitur. Statim quando colligis totam gloriosam terram, ante  
quam eam transportes in apertum aërem foras, claude illam  
in ipso loco, in vase vitreo, bene sigillato, & ocluso Orificio  
ejus cera hispanica, hoc modo eam poteris transportare, quo

valueris, quia sic inclusa non poterit imprægnari aëre, aut hu-  
miditate aliena, & non poterit exhalare ejus spiritus, minus  
ejus humidum, & unctuositas radicalis desiccari, & sequere de-  
inde extractionem, prouti hic inferius tibi declarabitur.

Nota duobus modis fit extractio: primus modus est,  
ut claudas hanc terram in una Retorta, cum suo recipien-  
te bene clauso, & cum suavi igne cinerum facies transire  
hoc, quod transire potest, & transibit aqua, & superius na-  
turalis unctuositas, cujus aequositate postea abstrahere  
cum lenta phlegmatione, ut partes unctuosae, in quibus  
consistit dicta mirabilis potentia, remaneant sine phleg-  
mate, & advertentia, & salva illam, sicuti rem pretiosissi-  
simam, in vase vitreo bene clauso. —

Nota, si vis reducere tuum extractum, & distillatum pri-  
mum Ens poteris facere, & plus vivificabitur, quam vis, si  
eam seceris cum supra dicto phlegmate, & advertentia;  
Ego tamen non inveni hanc necessariam reiterationem. —

Nota secundum modum, curabis tibi fieri vas ex vitreo fino,  
id est Crystallo Veneto in forma pignalae, quam lutabis bo-  
no luto sapientiae, & lutum sit crassum uno digito, & ut me-  
lius resistat violentiae ignis, & quando fuerit bene siccatum,  
accommoda illum supra fornacem carbonum, & da illi tan-  
tum ignem, ut quasi ignescat superius Orificium vasis,  
accommoda desuper unam Campanam vitream, cujus Cy-  
rus sit profundus ad latitudinem unius digiti, ad modum  
naturalem, quomodo fit oleum Sulphuris, & quando totum  
erit accommodatum, tunc cum uno cochleari projicies de  
tua gloriosa terra in vas suppositum, & subito edope-  
rias illud cum Campana, quia cum dicta terra tota sit.

Sulphur, & Mercurius, salit spiritus suus in Campanam,  
& sic paulatim successe plures intro projiciendo novam  
terram, colligas illam quantitatem, quam desideras, & hoc mo-  
do procedendo habebis minorem defatigationem separandi

(Cūditatem) ab unctuositate, quia dum salit, superfluum hu-  
midum, desiccatur & deglutit ipsum aërem. Et hoc est verax  
nostrum menstruum, per curiale, per medium cuius potentiae  
reduces tuum aurum calcinatum, sive foliatum cum om-  
ni modico calore naturali, & in brevissimo spatio temporis  
in componendo alia menstrua suum primum Ens sine  
defatigatione & consumptione temporis in componendo  
alia menstrua supra specificata, & haec est abbreviatio  
compositionis nostri magni Eliair, sive medicinae uni-  
versalis, & poteris absolvere totum opus clausum, quod  
est in tuo Mercurio Philosophico in ovo, aut faggio,  
eo intra tempus trium mensium. —


Nota, in antecedentibus capitulis feci mentionem, quod in  
fine hujus tractatus tibi monstraturus sim duos alios mo-  
dos reuendi seu tartarizandi tuum spiritum divinum,  
aut aquam ardentem, ut absque defatigatione, quam  
haberes in subtilizando tuo sale tartari cum aëto distil-  
lato, prout tibi antea declaravi, & erit magis perfectus,  
modo sequenti, & hoc vult referre. Nota in primo libro,  
aut luminario originali, quae cum his verbis formalibus  
dicit, quod debeas accipere tartarum, aut saltem, & ipsum  
vinum vermiglium, ex quo fecisti tuam aquam ardentem,  
& debeas intelligere sequenti modo, id est de facibus, quae  
remanserunt in fundo ipsiusmet vini vermiglii, quae in  
fine remanebunt, prout materia crassa in fundo vasis,  
illas facies debes exsiccare, & calcinare, prout dictum  
est de altero tartaro usque ad suam perfectam albedi-  
nem, & postea salvere in aqua, dephlegmando illam & re-  
ducendo in oleum, et in fine in salem desiccando eo ipso  
modo, quo fecisti de altero tartaro, & hoc sine talibus sub-  
tilationibus unitur, & transit cum spiritu, cum sit de ipsissi-  
ma sua natura, & intellige me bene, si habes iudicium, quia  
est magna differentia illius materiae liquidae, quae potest dici

tinctura permanens in vino ab una re; quae est reducta in cor,  
pus, sine formam lapidis, & hoc sufficit. Dixi etiam, quod ve-  
tim te facere caputem illius, quod nulli referre. Haimundus  
Cullius loquendo de acuitione sui caeli, sive spiritus Divini  
per medium salis armonia ~~est~~ nostri, appellando illam  
aquam foetentem, propter quod non opus est, ut dicam  
tibi aliud, cum tibi jam aperte patefecerim, quod hic

\* Sal fiat ex stercore & urina corporis humani, solum  
super est, ut tibi dicam modum, quomodo praeparetur. —  
Accipies igitur de illo stercore arido & sicco, quod multo  
tempore jacuit sub caelo aperto, & implebis unam scatel-  
lam cooperiendo illam cum suo cooperculo bene lutato, &  
cum luto sapientiae clauso, & mittes omnia ad fornacem  
figulinam, aut calus ad calcinandum, usquedum  
fiat albidissimum, quod postea macinabis, contundes, teres,  
& in parte servabis. Habeas postea urinam sani homi-  
nis claram, & pro cautela duabus aut tribus vicibus per  
cartam bibulam filtratam, accipe tuam calcem sterco-  
ris, pone illam in urinale vitreum, & infunde desuper  
tantum de urina, ut remaneat calx cooperta, ad mi-  
nus ad unam bonam spitamam, pone illam in furnum  
cinerum, eum suavissimo igne Digestionis & ex-  
tractionis per unam diem naturalem, postea sine illam  
supra <sup>ipsam</sup> furnum frigefieri, & dum frigida fuerit, decanta Uri-  
nam, & si casualiter transierit aliquid turbulentum, filtra  
illud de novo, ut supra, ut remaneat clarissima; habeas  
postmodum minus urinale cum suo pileo & recipiente,  
& impone dictam urinam imbibitam & impruognatam  
ex sale stercoreis humani, & cum alembico supra fornacem  
cinerum cum suavi igne distillabis mediantem dictae  
tae urinae in circa, & postea amove pileum, & cum vase

aperto continuabis ignem tam diu, donec evaporet tota hu-  
miditas urinae. Videbis in hac evaporatione mirabilem  
varietatem multorum colorum, & in fine invenies tuum sal-  
tem albissimum, acutissimum & summi factoris in fundo  
Urinalis, sicca illum in vase vitreo, quia iste <sup>est</sup> proster sal  
Armoniacus; nota jam, quia cum hoc sale acies tuum  
spiritum Divinum, & scias, quod sine omni manipula-  
tione & subtilatione subito penetret, & se spiritualiter uni-  
at cum aqua ardente, & sic cum una sola reiteratio-  
ne Alembici post unionem salis cum spiritu habebis tu-  
um menstruum pro debita solutione nostri Lapidis in  
summa perfectione, & haec est aqua, seu menstruum  
factens, & gubernate in omnibus ipsissimo modo, quo  
fit menstruum vegetabile. Gestat, ut tibi declarem

& cum hoc finis, laudando & gratias agendo  
Divinae suae gratiae, quod potuerim producere ad fi-  
nem hoc reale luminare hujus divinae operationis.  
Ora Deum pro me, & illi redde debitum tributum, sicuti te  
ad moneo, & exhortor ex ipsissimis meis tractatibus  
& hoc totum ad honorem & gloriam Sanctissi-  
mae Trinitatis, & beatissimae virginis  
Mariae, Amen. —



(c)  
Sequitur compositio Aquae  
Divinae Occultae, & Secreti Se-  
cretorum.

Scias igitur, quod materia propria extrahitur ab illa re, quam  
Ravennatus, ut dixi in mea epistola, nominat "nigrum, ni-  
grius nigro", & aliud non est, quam aqua nostra vitiosa,  
a vino potenti orta, & est illa, ut dicit Hermes, quae  
extrahitur ex cavernis occultis minerarum; & dico fra-  
tres, quod ista aqua a viro dicitur imperfecta sine  
conjunctione sui fratris, sed per conjunctionem efficitur  
permanens & perseverans in igne & tunc est natrix,  
stipes & fundamentum, fermentum boni odoris, compositum  
nostrum, aqua serenans, aqua vegetabilis, ignis balnei  
Mariae, primum sperma metallorum, Chaos universale,  
genus Hermaphroditum, virgo concipiens, Caledonia no-  
stra, & lunaria major, & per alia nomina infini-  
ta a Philosophis nominata, quoniam tantum de ea  
nomina multiplicaverunt, quae de re omnes operatores  
hujus artis in errorem incidunt, de quibus tamen nul-  
lus expertus in arte errat, sed semper putat, & intelli-  
git, unam esse salam rem, sed diverso modo a nobis  
nominetur, ideo in turba praecipitur, quod non dimi-  
tatur propter nominum pluralitatem, ideo Plato in tur-  
ba dicit: juro, quod longo tempore per Philosophorum  
libros quaesivi & rogaui Deum, ut rem ipsam doceret,  
& eauidem oratione ostendit aquam mundam, quam cog-  
novi verum esse Acetum; & quanto magis libros legebam,  
tanto plus veritas illustrata fuit hujus rei, quae est aqua

benedicta & magistra artis in Capitulo 54 testatur di-  
cens: est autem secretum artis scire aquam coelestem, &  
gloriosam, quae corpus vertit in spiritum, de qua superius  
locuti sumus.

Restat, ut tibi declarem, quomodo fiat & componatur men-  
struum corrumpens Saturni, prouti antea dixi, quod in  
fine hujus tractatus ejus te velim facere capacem.  
Accipe igitur v. q. tres sextarios vini cossi perfectissi-  
simi mosti, misce illud cum medio sextario aceti ac-  
tissimi nostri distillati & perfecte spumati, & adjuuge illi  
& uncias nostri antecedentis Salis Armaniaci, funde  
deinde hanc compositionem in unum vasculum a lembo  
di fierenza, habcas postea laminas Saturni puri sine odor-  
re stanni, aut alterius metalli, & dictae laminae sint cras-  
sae ad medietatem tergi dultri aut chartae foliorum ac-  
comodando supra vasculum aliquot tignella, ut possint  
manere suspensae laminae Saturni tribus digitis supra  
dictam compositionem. cooperias vas cum uno altero  
vase, & permitte illud stare in loco aperto, in quem  
de nocte serenitas & de die sol mordere potest, & om-  
nibus s. aut 6. diebus inuenies supra tuas laminas  
albissimum Salem, & quasi nive aut farina cooperias,  
leva & collige subtiliter, quantum potes cum una  
penna de hoc Sale, & serva illud in balneo vitreo,  
reponere dictas laminas de novo in locum primum &  
accomoda illas priori modo, & sic semper in praedicto  
tempore de novo colliges Salem, ut supra dixi, &  
sic continuabis, donec totus Saturnus sit conversus  
in Salem, & tu habcas illam quantitatem, quam neces-  
sario habere debes. Accipe dictum Salem, & pone

illum in vaseculum bene adaptatum, & clausum per 15  
Dies, aut 20. in putrefactionem in fimum equinum, qui  
parsim salvetur in aquam, partem autem non solutam  
pane in Retortam cum suo recipiente, & cum suavi igne  
ne distilla, quod potest distillari, postea reafunde distilla-  
tum supra illas partes, quae remanserunt, insolutae in  
Retortâ, & reitera tot vicibus. Dicitur processum, do-  
nec totum transeat in aquam, & hoc est Menstruum cor-  
rumpens, cum quo poteris facere solutionem tuae terrae  
aureae, sicut cum reliquis praedictis Menstruis, & scias,  
quando totus Sal erit solutus in aquam in Retorta  
cum praedictis reiterationibus, poteris redire ad conge-  
landam dictam aquam adhuc una vice in terram al-  
bissimam & mundissimam, id est pellendo & repellendo  
tot vicibus per praedictum alembicum, donec de novo  
condensetur, & haec terra appellatur a nobis semen  
masculinum, & poteris aevare tuum spiritum, sive  
tuam Essentiam Divinam. Quinamvis Sullii ipsissi-  
mo modo, sicuti cum Sale Tartari, aut Sale Armoni-  
aco nostro per debitam solutionem nostri Lapidis &  
procedere in omnibus, prouti jam es informatus.

---

Finis coronat opus.

---



